# III.

## INCIPIT
## DE INDISCRETIS GENERIBVS
### PER LITTERAS.

### ID EST PER A LITTERAM.

ANGIPORTVS generis masculini, ut aput multos. || Neutri.

Plautus Cistellaria (384):

quae quási carnificis ángiporta púrgitans.

M. Tullius de Divinatione (I, 69) angiporta dixit.

Terentius Adelphis (578):

íd quidem angipórtum non est pérvium.

idem in Eunucho (845):

in ángiportum quóddam desertum . .

ARBITRIVM generis neutri, sicut saepe. || Masculini.

Plautus Asinaria (764):

*ni* in quadríduo
abálienarit, quo ábs te argentum accéperit,
tuus árbitratus sít: conburas, sí velis;
ne illí sit cera, ubi fácere possit lítteras.

---

6 (INCIPIT *pro* ID EST *F*) || 9 purgitans $F^3 B^A$: purgitaris *L* || 10 M.—dix. *secl. Mu.* || 11 itque idem $L^1$ || pervium $F^3$: parvium $B^A$ (= *G*): portum *L* || 13 quodam *L* || 16 ni *om.* (*seq.* in) || 17 abalienatrit $L^1$ || quod: quom *Abraham. Stud. Plaut. p. 212* || 18 tum is arb. sit conburat (comb.) si velit (vellit $L^1$) || 19 ne illi *codd. Plaut.*: nulli: *fort.* ni illi.

ARMENTA genere neutro plerumque. ‖ Feminino Ennius (Ann. 603):

ipsius ad armentas eosdem.

Pacuvius (349):

tu páscere
córnifrontes sóles armentas.

ABSINTIVM generis est neutri. Lucretius lib. IV (11):

absintia taetra medentes
cum dare conantur.

‖ Masculini. Varro Quinquatribus (440):

quíd medicó mihi ést opús?
némpe † tuo ábsíntium utí
bibám gravem ét cástoreúm
levémque róbur.

AERARIVM neutri est generis, ut saepe. ‖ Masculini. Varro Gerontodidascalo (196):

hóc est magnum cénsorem esse ac nón studere aerários múltos facere.

ADMONITIO usu genere dicitur feminino. ‖ Masculino M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. V (4): ‖ 'ut acrius aliquanto et adtentius de claris viris locorum admonitu cogitemus'.

AVDITVS est generis masculini. ‖ Feminini auditio. M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. V (42):

---

**21** eodem *On.*: easdem *ed. Ald.* ‖ i. ad armentas e. ad armenta: i. armentas ad easdem (*trisyllab.*) *Mu.* (*cui videtur in L lineolis supra* ad *et* armentas *additis significari permutanda haec locis*): ad a. i. easdem *Scal.* ‖ **22** Pac. *Scal.*: vivius: Livius *Iun.* ‖ **23—24** tu córn. pásc. arm. so. *Iun.* ‖ **25—27** *cf. 413. 17* ‖ **30** (abs.)—**32** *cf. 337. 7* (*s. v.* levare, minuere); *314. 9* (*s. v.* grave, amarum) ‖ **30** nempe ideo *A. Koch.*: perpetuo *Bue.*: Menippe, tuo *Me.*: *fort.* nempe tuum ‖ ut *codd. h. l.* ‖ **32** leveque *codd. h. l.* ‖ **33** ut] et $L^1$ ‖ **35** studere $F^3 B^A$: striderem *L* ‖ **35—36** mult. aer.: *corr. On.* ‖ **1** adtentus $L^1$ ‖ admonitum ‖ **3** auditio *secl. Mu.* ‖ **4—6** *cf. 113. 16; 282. 34.*

'lubenterque se cum his congregant dantque se ad ludendum fabellarumque auditione ducuntur'.

ARTVS masculino genere appellamus. Vergilius Georgicorum lib. III (84):

micat auribus et tremit artus.

‖ Artua neutro genere Plautus Menaechmis (855):

íta mihi inperás, ut ego huius mémbra atque ossa atque ártua.

ANGVES masculino genere dici Vergilius testis est (Aen. II, 203):

ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta,
horresco referens, inmensis orbibus angues.

et in lib. V (84):

adytis cum lubricus anguis ab imis.

Naevius Lycurgo (18):

alté iubatos ángues in sesé gerunt.

Lucilius lib. XXVI (34):

nísi portenta anguísque volucris ác pinnatos scríbitis.

‖ Angues feminino Plautus Amphitryone (1108):

devolant angues iubatae in conpluvium duo.

Varro Atacinus (8):

cuius ut aspexit torta caput angue revinctum.

ACHERONTEM masculino genere dicunt veteres. Vergilius lib. VI (107):

et tenebrosa palus Acheronte refuso.

---

5 his *om.* *L* ‖ 8—9 *cf.* *347. 32* ‖ 9 micant *L* ‖ 11 cuius ‖ art. comminuam *Pl.* ‖ 14 oibus *L* ‖ 16 anguies *L* ‖ 18 iugatos: *corr.* *Iun.* ‖ inlaesae *Both.* ‖ 19—20 *cf.* *436. 8* (*s. v.* portenta) ‖ 22 (duae *F*[2]) (*cf.* *Journ. Phil. XXVI, 290*) ‖ 23 acinnius ‖ 24 rev. *Charisius 90. 19*: dev. ‖ 25 vet. *secl.* *Mu.*

‖ Feminino Plautus Captivis (999):

. . . . vérum enimvero núlla adaeque est Acherons
átque ubi ego fui.

AMNEM masculino genere appellamus. Vergilius Georgicorum lib. I (141):

atque alius latum funda iam verberat amnem.

‖ Feminino Plautus Mercatore (859):

néque mihi ulla obstábit amnis néc mons atque adeó mare.

Naevius Lycurgo (39):

séd quasi amnis ‖ † cís rapit, sed támen inflexu fléctitur.

Accius Epinausimache (322):

Scamandriam úndam salso sánctam obtexi sánguine
átque acervos álta in amni córpore explevi hóstico.

idem Epigonis (297):

ápud abundantem ántiquam amnem et rápidas undas Inachi.

Varro Periplu lib. I (415): 'in hac civitate agros colunt harenosos. praeter hos fluit amnis, quam olim Albulam dicunt vocitatam'.

ARANEAE et feminini sunt generis. Titinius Gemina (36):

evérrite aedis, ábstergete aráneas.

Vergilius Georgicorum lib. IV (247):

laxos in foribus suspendit aranea casses.

Ennius (fab. fr. 443 Mu.):

buxus aranae.

---

**33** (latum $L^2$): altum ‖ **35** ulla mihi ‖ neque adeo *codd. Pl.* ‖ **1** sic qu. *Ribb.* ‖ cita *Bue.*: celeris *Ribb.* ‖ r. se *Both.* ‖ in fluxu *Me.* ‖ **3** umandriam: *corr. Fruter.*: et Scam. *Voss.*: quum Scam. *Quich.* ‖ obtexus: *corr. Iun.*: obtinxi *On.* ‖ **4** acerbos a. in omni ‖ **5** epigono ‖ **7** ac *L* ‖ **9** et *secl. Mu.* ‖ **9—10** *cf. 420. 7* (*s. v.* verrere) ‖ **14** bussus *Quich.* ‖ araneae: (*corr.* $F^1$).

|| Masculini. Plautus [in] Sticho (348):

út operas aráneorum térgam et texturam ínprobam
déiciamque eorum ómnis tellas.

idem Asinaria (425):

iussín columnis déici telás araneórum?

AETAS feminini est generis. Plautus Menaechmis (758):

. . . ut aétás mala ést mérs, mala est érgó.

|| Aetas masculini. Plautus Trinummo (1090):

própter eosdem, quórum causa fúi hoc aetate exércitus.

ACCIPITER generis est masculini. Vergilius lib. XI (721):

quam facile accipiter saxo sacer ales ab alto.

|| Feminino Lucretius lib. IV (1009):

accipitres somno in leni si proelia pugnas
edere sunt persectantes visaeque volantes.

ARVA neutri sunt generis. Vergilius (Aen. X, 78):

arva aliena iugo premere.

|| Feminino Naevius Lycurgo (19):

i quáque incedunt, ómnis arvas ópterunt.

Pacuvius (396):

postquam calámitas plures ánnos arvas cálvitur.

ANFRACTVM masculino genere dici putant. || Neutro || Accius Eurysace (335):

super Óceani stagna álta patris
terrárum anfracta revísam.

---

15 *fort.* et masc. || isticho $L^1$: in sticho $B^A$: sticho $F^3$ ($F^2$?) || 16 ut operam omnem ar. perdam *codd. Pl.* || inprobem (imp.) (*cum parte codd. Pl.*) || 19 columem (-men *G*) || tel.] operas *codd. Pl.* || 20—21 *cf. 1. 10* || 21 mala érgóst *codd. Pl.* || 28 sedere (sed re *L*) || usaeque *L* || 32 ii *Quich.*: lib. (libro) II: liberi (*Mu. post Me.*) i (?) *Ribb.* || 33. 34 *fort.* Pac. Periboea, cal. || 34 complures *Bergk.*: per pl. *Both.* || 2 aeresace $L^1$: Erysace *Mu.*

193 M.

Varro Parmenone (387):

. . . cavó fónte utí cum ínrigávít caváta aúrium ánfrácta in sílvám vocáns.

AEVVM generis neutri. || Aevitas feminini. Varro Tithono, περὶ γήρως (544):

quá voluptate aévitatis éxtimam attigít metam [aevitas]!

AERA neutri. M. Tullius in Hortensio (59): 'quid? tu, inquam, soles, cum rationem a dispensatore accipis, si aera singula probasti, summam, quae ex his confecta sit, non probare?'

ACINA genere neutro frequenter Varro posuit. || Acinus masculino M. Tullius de Senectute (52): 'quae ex fici tantulo grano aut ex acini vinaceo'. — et alii obscurae auctoritatis (Matius 17):

pressúsque labris únus acinus árebat.

AVTVMNVS generis masculini. || Feminini. Varro Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν (458): 'retinet viatorem meridie praetereuntem fontem, quod autumnitas in anni tetrachordo μέσην praeterierat'.

ALVVS generis feminini. Vergilius Aeneidos lib. II (51):

in latus inque feri curvam conpagibus alvum
contorsit.

|| Masculino Accius Annalibus (7):

ut quam fragilissimus alvos.

---

6 ut || 10 voluntatem (-te *E*): *corr. Gerlach. in addend.* || extima: *corr. Oehler.* || met $L^1$ (*seq.* a) || aevitas *secl. Mu.* || 12 ad dispensatorem: *corr. Iun.* || 13 sincula $L^1$ || 14 probare * * * *Quich.* || 16 acino *plerique codd. Cic.* || et alius *Quich.*: Mattius *Mu., sed vid. Hertz. Opusc. Gell. p. 122* || 18—20 *cf. 71. 10* (s. v. autumnitas) || 20 fons *Guietus* || annit t. $F^3 L^1$: *corr.* $B^A$ || μέσην *On.*: mensum *codd. h. l.*: mensem *codd. 71* || *post hunc v. ea quae sunt p. 71 vv. 15—16* neutro—fuerat *add.* (?) *Mu.* || 22 (inque)—23 *cf. 307. 18* || 22 salvum $L^1$ || 25—26 alvo sed: *corr. Roth.*

et alius auctoritatis obscurae (Accius Ann. fr. I):

Maia nemus retinens gravido concepit in alvo.

ACCVBITIONEM genere feminino M. Tullius de Senectute (45): 'bene enim maiores accubitionem epularem amicorum, quasi vitae coniunctionem haberet'. ||

## INCIPIT PER B LITTERAM.

BVBO generis feminini. Vergilius Aeneidos lib. IV (462):

seraque culminibus ferali carmine bubo.

|| Genere masculino Agellius † Historiarum lib. I (Asellio fr. 2b): 'et quod bubo in columna aedis Iovis sedens conspectus est'.

BALNEAE generis feminini. M. Tullius pro Sexto Roscio (18): 'occisus est ad balneas Pallacenas, rediens a cena, Sextus Roscius'. — Plautus Asinaria (357):

únde in balineás iturust; índe huc veniet . . .

Caecilius Synephebis (98):

quíd? mihi non sunt bálneae?

|| Neutri. M. Tullius in Hortensio (76): 'primus balneola suspendit, inclusit pisces'.

BALTEVS masculini generis. Vergilius lib. XII (941):

umero cum apparuit alto
balteus.

---

26 alvus $L^1$: Calvus (?) *Mu.* || 27 mala *L* || grado *L* || 28—30 *cf. 42. 8* || 29 aepularum *L* || 30 quia *B*<sup></sup>$^{\Delta}$ (*cum codd. Cic.*): quae (quia) *codd. 42* || habent *L* || Accubitum masculino * * * *add. Quich.* || 4 (A. Gellius *E*): Cn. Gellius (?) *Iun.*: Asellio *Augustinus* || 5 in culmine *N. Faber* || 6 generis *Σ*: nominis || 8 Rosc. Pl. *om.* $L^1$ || 9 ille in bal. *codd. Pl.* || cyrus: iturus est *codd. Pl.* || hic ueni || 10 infoebis $F^3$ (*pro* Synephebis): inimbris *L* $B^{\Delta}$ (*pro* in Imbriis).

|| Neutro Varro Rerum Divinarum lib. XI: 'tragica vincula baltea sunt'. — Accius Didascalicon lib. VIII (13): 'actoribus manuleos baltea machaeras'. Livius lib. IX (cf. 40): 'auratae vaginae, aurata baltea illis erant'.

BVXVM generis neutri. Vergilius Georgicorum lib. II (449):

et torno rasile buxum.

|| Feminini. Ennius (fab. fr. 437 Mu.):

búxus vincta, táxus tonsa.

BLANDIMENTVM generis neutri, ut saepe. || Feminini. Cicero de Republica lib. IV (7): 'in cive excelso atque homine nobili blanditiam, ostentationem, ambitionem [meam] esse levitatis'.

## INCIPIT PER C LITTERAM.

CLIVVS generis masculini, ut plerumque. || Neutri aput Memmium invenimus, cuius auctoritas dubia est (1):

ne ardua nitens fortunae escendere || cliva.

Cato de Tribunis Militum (30, 2): 'loca ardua et cliva depressa'.

CIMA neutro, ut Lucilius (inc. 166):

ásparagi mollés et viride címa.

|| Feminino Cornelius Celsus, etsi minoris auctoritatis, posuit: 'laetam formosamque cymam'.

CONSITVRA, generis feminini. M. Tullius de Republica lib. I (29): 'quae videlicet ille non ex agri consitura, quam cernebat, sed ex doctrinae indiciis interpretabatur'.

---

18 -co $L^1$ || 19 manuleas *v. d. ap. Madvig.* || et b. et m. *Lachm. Opusc. 71 (ad vers. sotad. explendum)* || 20 *Liv. Andronico ascr. Hertz.* || 22 aut *Verg.* || 24 victa taxis: *corr. Iun.* || 25 fem.] neutri *L* || 27 nobilis || meam *om.* *Σ*: merae (?) *Mu.*: ea *Quich.* || 1 ard. nunc ni. *Hertz. ap. Mu. (dactylice)* || scendere: *corr. Me.*: scandere *Iun.* || 4 molle set $F^3$: molle sed $B^A$ || virde $L^1$ || 7 Consitur *L* || 9 Consitus, masculini * * * *Quich.*

CRVX generis feminini saepe. || Masculini. Ennius Annalium lib. XI (395):

malo crucei, fatur, uti des,
Iuppiter!

CVLTER et CVLTELLVS generis sunt masculini. Varro Gerontodidascalo (197): ‘noctu cultro coquinari se traiecit; nondum enim hi inventi erant cultelli empaestati e Bithynia’.

COR generis est neutri, ut dubium non est. || Masculini. Ennius lib. XIII (401):

Annibal audaci cum pectore de me hortatur,
ne bellum faciam. quem credidit esse meum cor?

CVPRESSVS generis feminini, ut dubium non est. || Masculini. Ennius (Ann. 267):

capitibu’ nutantis pinos rectosque cupressos.

CARRA neutri generis esse consuetudine persuasum est. || Masculini. Sisenna Historiarum lib. IV (61): ‘inpedimentum conlocant omne, construunt carros et sarraca crebra disponunt’. — Varro Caei libro II: ‘Gallica porta carros adcuratiusque politos’.

CERTAMEN generis est neutri. || Feminini. Sisenna Historiarum lib. IV (70): ‘iaculis celeriter consumptis ad || gladios certationem revocaverunt’.

QVERELLAE generis feminini, ut saepe. || Masculini.

Vergilius Aeneidos lib. IV (553):

tantos illa suo rumpebat pectore questus.

---

**12** cruce || **14** et cultelle $L^1$ || **16** mihi: *corr. On.*: *del. Quich.*: illi *Oehler.* || invecti *Bue.*: in usu *On.* || ἐμπαιστοί *Bue.* || ae *L* || Cultrum neutro * * * *Quich.* || **19** audaci cum *Gell. VI, 2. 9*: laudacium || **23** nutantis *codd. Gell. XIII, 21. 13*: nutantibus || **26** omni: *corr. Σ* || sarroca || **27** Varro Prometheo Libero *Oehler.* || **28** (post *H*): petorita (*sic*) *Scal. Catal. p. 243* (*cf. Class. Rev. XVI, 49*): *fort.* portat || adcuratiusque $F^3$: adcurat (acc. $B^A$) usque $L B^A$ || Tusca pilenta *Scal.* || **30** iacolis *Lips.*: accolis || **2** Questus masc. *On.* (*add. in marg.* questus $F^2$ *ut vid.*)

196 M.

COMPITA generis neutri. Vergilius Georgicorum lib. II (382):

praemiaque in gentis pagos et conpita circum.

|| Masculino Varro de Scaenicis Originibus lib. III: 'ubi compitus erat aliquis'. — Caecilius Titthe (226):

ubi ádiacentem cómpitum.

CONSORTIVM neutri generis. || Consortionem, feminini. Lucilius lib. XXIX (66):

déierat enim *sé* scripsisse, et póst non scripturúm: redi ín consortiónem.

M. Tullius de Officiis lib. III (26): 'dissolvatur necesse est omnis humana consortio'. — Titus Livius (VI, XL, 18): 'quaenam ista societas, quaenam consortio est?'

CHARTAM generis feminini. || Masculini. Lucilius lib. XXVII (45):

néc si ubi, Graeci ubi núnc Socratici chárti? quidquid
quaéritis,
périimus.

CLIPEVS generis masculini. Vergilius (Aen. II, 734):

ardentis clipeos atque aera micantia cerno.

|| Neutro Vergilius (Aen. IX, 709):

et clipeum super intonat ingens.

Licinius (23): 'in Marte pars magna laevis clipea portant'. — Laberius Sororibus (83):

hoc voluit clípeum contra péluëm
próici.

---

**10** ubi *secl. Ribb.* || adicientem: *corr. v. d. ap. Stephanum* || **12** XVIIII: (*corr.* $G^1$) || **13** e. scripsisse $F^3$ $B^{\Delta}$: e. scribse $L^1$: e. se scripsisse *Mu.*: e. non scr. *Havet.* || **17** sucavetas $L^1$: suavitas $B^{\Delta}$ || **19** nec sic: *corr.* $\Sigma$: nescis *Lips.*: *fort.* haec si || **21—22** *cf. 348. 10* || **25** licinius in marte *etiam* $F^3$: Lic. Macer *Iun.*: *fort.* Licinus, in Marte || laevis *Me.*: levius || **27** clipeus.

CAEMENTA neutri, ut est usu. Varro Bimarco (66): 'non te pudet, Mani, cum domi tuae vides conmilitonum tuorum cohortes servis tuis ministrare caementa?' || Feminini. Ennius (trag. 373):

labát; labuntur sáxa, caementaé cadunt.

CLVNES feminino Horatius (Sat. I, 2. 89):

quod pulcrae clunes, breve quod caput, ardua cervix.

|| Masculino Plautus Agroico (5):

quasi lupus, ab ármis || valeo, clúnes † desertós gero.

CAELVM neutro. || Masculino Lucretius (II, 1097):

quis pariter caelos omnis convertere et omnis
ignibus aetheriis terras suffeire feracis?

Varro Rerum Divinarum VI, deum significans, non partem mundi: 'sic pater magnus, mater magna his sunt Caelus, *Tellus*'. — Ennius (Ann. 524):

fortis Romani quamquam caelu' profundus.

idem (Ann. 14):

Saturno,
quem Caelus genuit.

CASTITAS et CASTIMONIA generis feminini. || Masculini. Varro Rerum Divinarum lib. I (34): 'nostro ritu sunt facienda quam his civilibus graeco castu'. — idem (35):

---

29 usus $B^A$ || 29—31 *cf. 92. 4* || 32 lababuntur s. caementa || 1 quas *L* || distortos *Ritsch. op. III, 184*: diffractos *On.*: infractos *Paul. p. 61*: *fort.* dissertos || fero *codd. Paul.* || 2 neutri (?) *Mu.* || 3 amnis || -terit o.: -teret o. *codd. Lucr.* || 4 atheris (-riis $F^2$) t. sufferre || 5 VI *Me.*: ut || 5—6 deum—mundi *secl. Mu.* || 5 significas || 6 mater magna *Iun.*: materna || 6—7 hi sunt (*etiam* $F^3$): *corr. Quich.* || 7 Tellus *add. Mu.* (et T. *Quich.*) (*cf. Agahd, p. 212*) || 8 *i. e.* fortes? || Romani * * * quamq. *Mu.* || 11 genit *Scal.* || 14 his c. $F^3 B^A$: scivilibus *L*: h. civibus *ed. princ.* || castitu: *corr. Ald.*

197. 198 M.

'et religiones et castus id possunt, ut ex periculo eripiant nostro'. — Naevius Carmine Punici Belli (30):

res divas edicit, praedicit castus.

CALLIS generis masculini. Vergilius Aeneidos lib. IV (404):

praedamque per herbam
convectant calle angusto.

|| Feminino Livius lib. XXII (14. 8): 'nisi pecorum modo per angustos saltus et devias calles'. — idem sic frequenter.

CVLLEVS masculino saepe. || Neutro Varro de Re Rustica lib. I (2. 7): 'in singula iugera dena cullea vini fiunt'.

CORBES. || Corbulas Varro de Re Rustica lib. I (15. 1): 'cogit aliquot corbulas uvarum et frondem iucundissimam ministrat ovibus'. — Caecilius Philumena (141):

qui pánis soli córbulam.

QVIS et generi feminino adtribui posse veterum auctoritas voluit. Livius (trag. 36):

múlier, quisquis és, te volumus.

Caecilius (267):

quaeso ígitur, quisquis és, mea mulier?

Pacuvius (Med. 239):

quis, quís tu es, mulier, || quaé me insueto núncupasti nómine?

Ennius (trag. 346):

écquis illaec
ést quae lugubri succincta ést stola?

---

15 prosunt (?) *Mu.* || nostro *secl. Mu.*: nos *Scal.* || 17 masculino $L^1$ || 20 XII || nisi] nos hic *codd. Liv.* || 21 fert angusto saltu: per aestivos saltus *codd. Liv.* || 24 Corbes genere masculino *Quich.* || Corbulas *del.* (?) *Mu.* || 25 forondem $L^1$ || 27 quid? (?) *Mu.* || 1 quis (*semel*) *codd. Varr. Ling. Lat. VI, 20, Diom. 454.5 all.*: quisnam *Iulian.* (*gr. lat. V, 319*) || 3 et quis: set quis *Ribb.*

canalis masculino Gadullius Gallicanus: 'ego vero confiteor certo canali cuncta decurrere'. || Feminino Lucilius ὑποκοριστικῶς (inc. fr. 49) canaliculam dicit.

cinis masculino Vergilius in Bucolicis (VIII, 106):

cinis ipse. bonum sit.

et Georgicorum lib. I (80):

neve
effetos cinerem inmundum iactare per agros.

|| Feminino aput Caesarem et Catullum (lxviii, 90; ci, 4) et Calvum lectum est, quorum vaccillat auctoritas (Calv. 15):

cum iam fulva cinis fueris.

colvs generis feminini. Cicero de Oratore lib. II (277): 'quid tu, Decilla mea? quando ad me venis cum tua colu et lana?

capillvs masculini est generis. Terentius in Phormione (106):

capíllus passus, núdus pes; ipsa hórrida.

|| Neutri. Plautus Mostellaria (254):

. . . . víde, capillum sátin conpositumst cónmode?

cvrsvs omnium consensu masculino genere dicitur. Vergilius (Aen. I, 534):

hic cursus fuit.

|| Cursura feminino Plautus Asinaria (326):

nón vides
me éx cursura anhélitum etiam dúcere? . . . . .

---

6 decurre $L^1$ || 7 hyporisticos || 9 nis i. bonus si *ut vid.* $L^1$ || 15 fuerit $B^A$: -ro *Charis. p. 101. 11* || 17 Egilia *codd. Cic.* || coluellana $L^1$ || Masculini * * * *add. Quich.* || 18—19 *cf. 370. 14* || 21 conpositum (comp.) sit.

idem Cistellaria (379):

pol ád cubituram, máter, magi' sum exércita
fere quám ad cursuram: eó sum tardiúscula.

|| Curriculum neutro genere Cicero Timaeo (9): 'ratione igitur et mente divina ad originem temporis [curris] curriculum inventum est solis et lunae'.

QVALEST pro qualis est; neutrum positum pro masculino. Plautus Amphitryone (537):

. edepol condígnum donum, quálest qui donúm dedit. ||

CONTAGIO feminino genere appellatur. Sallustius (Cat. 10, 6): 'post, ubi contagio quasi pestilentia invasit'. || Contagia neutro Lucretius lib. III (471):

quandoquidem penetrant in eum contagia morbi.

Vergilius (Buc. I, 50):

nec mala vicini pecoris contagia laedent.

CATELLAE diminutivum est catenarum; et dicuntur genere feminino. Caecilius Plocio (189):

catéllae.

|| Neutrum a catulis similiter diminutivum, Plautus Curculione (691):

délicatum te hódie faciam, cúm catello ut áccubes,
férreo ego dico.

CORIVM neutri est generis. || Corius masculini. Plautus Poenulo (139):

tris fácile corios cóntrivisti búbulos.

---

28 pol accubituram || 28—29 exercita fere $F^3 B^A$ *ut vid.*: exercitare (*om.* fere) *L* || 29 accursureo *ut vid.* $L^1$: a cursura eo $B^A$: *corr. Muretus* || 30 ratione $F^3$: rare *L* $B^A$ || 31 curris *del. Sigon.*: currentis *Iun.* || 33 Culest || neutrum *Mu.*: -tro || 35 qualest *ut vid.* (quale?; quale est?) $F^3$: cul est (culest) *L* $B^A$ || 4 orbi *L* || 6 uini *L* || 10 Neutro *Mu.* || a catellis: *corr. Quich.*: catellum *ed. princ.* || 12 ferro || 13 g. corium m.: *corr. edd.*: cor. *secl. Mu.* || 15 bubulo *L.*

Varro Eumenidibus (135):

. . . nunc córius ulmum túu' depavit. pérgis? heia.

CALX est generis feminini. Vergilius lib. XI (714):

ferrata calce fatigat.

|| Calx masculini. Plautus Poenulo (908):

quín priu' disperíbit faxo quam únum calcem cíverit.

Varro Marcopoli, περὶ ἀρχῆς (288):

némini Fortúna currum a cárcere intimó missum
lábi inoffensúm per aequor cándidum ad calcém sivit.

CORTEX utriusque est generis. masculini. Varro Prometheo Libero (424):

tum ut sí subernus córtex aut cacúmina
moriéntum in querqueto árborum aritúdine.

idem Tithono, περὶ γήρως (547): 'sic invitata matura anima corporeum corticem facile relinquit'. — Vergilius lib. VII (742):

raptus de subere cortex.

|| Feminino Vergilius in Bucolicis (VI, 62):

tum Phaethontiadas musco circumdat amarae
corticis.

Lucretius lib. IV (51):

quae quasi || membranae vel cortex nominitanda est.

---

17 num *Mu.* || ulmeum *On.*: ulmum sat *Mu.*: u. cum *Bue.* || 18 XII || **21** disperavit *L* || querit *L* || **24** labi *Gulielm.*: levi ecor || *fort.* clacem || sibit || **27** tum ut si $F^3 B^A$: tum visi $L^1$ *ut vid.*: sum uti *Ries. post Oehler.* || supernus $B^A$: sper subernus $L^1$ || ad *Roth.* || **28** querquuo et arb. *ut vid.* $L^1$: querqueto arb. ($H^2$) *an* querqueto et arb. (*G*) *inc.* $B^A$ || aritudinem *L*: (amaritudine $G^2$) || **29** invitatam: *corr. Iun.* || a natura *Me.* || **32** Verg.] vero *L* || **1** membrana $B^A$ || nominatanda $L^1$: nominanda $B^A$.

200 M.

CALOR generis masculini. Vergilius Georgicorum lib. II (344):

si non tanta quies iret frigusque caloremque
inter.

|| Neutri. Plautus Mercatore (860):

néque frigus nequé calor metuo.

CASEVS generis masculini. Vergilius in Bucolicis (I, 34):

pinguis et ingratae premeretur caseus urbi.

|| Caseum neutri. Novius Macco (45):

"pecunia!
quíd bonum breve ést?" respondi; "Sárdiniense cáseum!"

Plautus Medico Parasito (103):

. . cum virgis cáseum radí potest.

COLLVM neutri est generis. Vergilius (Aen. XII, 86):

et colla comantia pectunt.

|| Collus masculino Accius Epigonis (302):

. quid cesso ire ád eam? em, praesto ést: camo collúm gravem.

Lucilius Satyrarum lib. VII (26):

† caldais seme
ac bene plena † iiasolorum atque anseri' collus.

idem lib. XXVII (34):

módo sursum, modó deorsum támquam collus cérnui.

---

**2** Color *L* || **2—4** *cf. 326. 12; 310. 29* || **3** tantum *L* || **5** neviri *L*: *om.* $B^A$: *corr. ed. princ.* || **6** calorem || nec calor nec fr. *codd. Pl.* || **9** Caseus: *secl. Mu.* || **11** q. b. b. e. r. $F^3$ $B^A$: quid bonum quid bonum r. *L* || Sardiniense *On.*: Sardis veniense $F^3$ ($F^2$?) $L^1$ (*gloss. insert.*?): sardis veniens $B^A$: e S. veniens *Munk.* || **13** rodi (?) *Mu.* || **14** est $F^3$ $B^A$: essi $L^1$ || **15** collo $L^1$ || **16** epigono (*etiam* $F^3$) || **19** caldissime $B^A$: calda simeitu *Mu.*: *fort.* calda insemul (-el?) || **20** plena vasa olerorum *A. Koch.*: splenia olorum *Scal. MS.* || colliis *L* || **21—22** *cf. 20. 5* (*s. v.* cernuus) || **22** cernis *codd. h. l.*

Caecilius Harpazomene (56):

hunc collum Lúdo praecidí iube.

idem Synephebis (215):

ad réstim res redit; ímmo collus, nón res; nam ille argéntum habet.

Cato in Sercia (77): 'accipite, si vultis, hoc onus in vestros collos'. — Naevius Cor† (com. 115):

utrum scapulae plús an collus hábeat calli néscio.

Plautus Amphitryone (445):

málae, mentum, bárba, collus.

Varro Sexagesi (500):

út nitens pavónis collus, níhil extrinsecús sumens.

CASTRA generis sunt neutri. || Feminini. Accius Aeneadis aut Decio (16):

"cástra haec vestra est." — "óptume escis méritus a nobís."

COPVLAE generis feminini. Accius Phinidis (575):

abtórque prorim ac súppa tortas cópulas. ||

CEPE generis neutri. Lucilius Satyrarum lib. V (22):

flebile cepe simul lacrimosaeque ordine tallae.

idem lib. XVI (9):

"hoc aliud longe est" inquit qui cepe serebat.

---

**24** precipi *L* || iude $L^1$ || **26** ad restim $B^A$: Cadresum *L* (-tim $F^3$) || **27** in Ser. Galbam *Wass.*: in Sergium *Scal. MS.* || vultus $L^1$ || **28** Colace *cod. Iun.*: Corollaria *Ribb.* || **29** an c.] angulus *L* || calli (colli *L*) hab.: *corr. Hermann.* || **31** barba $F^3$: barra *L* $B^A$ || **33** umens: *corr. Me.* || **36** essis: *corr. Both.*: est is *Voss.* || a] de *Voss., Pradel de praepos. p. 528* || **38** obtorque *Passerat.* || -rim $B^A$ (= *G*): -rem $L^1$ || supra *L* || *post hunc v. lacunam sign. Mu.* || **1** Sat. *om.* $B^A$ || **2** talpae: *corr. Scal.*

201 M.

Varro Bimarco (63): 'avi et atavi nostri, cum alium ac cepe eorum verba olerent, tamen optume animati erant'. — idem Manio (250):

dúlcem aquam bibát salubrem et flébile esitét cepe.

|| Cepa feminini. Lucilius Satyrarum lib. V (24):

lippus edenda acri assiduo caepariu' caepa [lacrimosa].

Varro Eumenidibus (138):

ín somnis venít, iubet me cépam esse et sisýmbrium.

idem Cato vel de liberis educandis (16): 'ut cibo utatur modico et idoneo, ut vitet acria, ut est sinapi, cepa, alium'.

CVBITVS masculini generis. || Neutri. Lucilius Satyrarum lib. XVI (10):

Lysippi Iuppiter ista
transibit quadraginta cubita altu' Tarento.

COLVBER generis masculini. Vergilius Aeneidos lib. II (471):

coluber mala gramina pastus.

|| Colubra feminini. Lucilius Satyrarum lib. XX (5):

iam disrumpetur medius, iam, ut Marsu' colubras
disrumpit cantu, venas cum extenderit omnis.

Turpilius Leucadia (108):

arrípuit colubram mórdicus.

Varro Eumenidibus (127):

quid dubitatis, utrum nunc sitis cercopitheci
an colubrae an volvae [an] de Albuci subus Athenis?

---

5 atavi $H^3$: avi $L^1 B^4$ || 5—6 al. accipi $L^1$ || 7 flebile sit cepe $F^3 B^4$: fleuilesipe $L^1$: *corr. Iun.* || 8 Cepe: *secl. Mu.* || VI *Prisc. p. 203. 19* || 9 lippo sedenda agri assido $L^1$ || assidue *codd. Prisc.* || lacr. *om. codd. Prisc.* (*cf. v. 2*) || 11 sis. *v. d. in ed. Basil.*: fessiminum || 13 et id. $B^4$: eopdoneo $L^1$ (p *non satis cert.*): eoque id. (?) *Mu.* || agria ut est ut est *L* || 17 transivit || 27 an *del. Vahlen.* || albucibus (-bueibus *L*) labus: *corr. Roth.*

CONTEMTVS generis masculini. || Contemtio feminini. M. Tullius de Republica lib. V (9): 'quae virtus fortitudo vocatur; in qua est magnitudo animi, mortis dolorisque magna contemtio'. — idem de Officiis lib. III (117): 'in illo quae est dolorum, laborum contemtio?' — et in Hortensio (67): 'magnitudo animi, patientia ||| laborum, mortis dolorumque contemtio'. — ita et in Tusculanarum lib. I (95).

CONPENDIVM. Conpendiaria. Varro Sciamachia, *περὶ τύφου* (510): 'hoc dico: conpendiaria sine ulla sollicitudine ac molestia ducundi ad eandem voluptatem posse perveniri'.

CROCVM generis neutri. Sallustius Historiarum lib. II (81): 'iter vertit ad Corycum, urbem inclytam † Pastusque nemore, in quo crocum gignitur'. || Masculini. Vergilius Georgicorum lib. IV (182):

et glaucas salicis casiamque crocumque rubentem.

CONATVS masculino. || Neutro Accius Atreo (202):

ego incípio; conata éxequar.

CANDELABRVM generis neutri, ut saepe. || Masculini. Caecilius Meretrice (111):

. . memini ibi cándelabrum lígneum ardentém . .

CARDO generis masculini. Vergilius Aen. lib. II (493):

et emoti procumbunt cardine postis.

---

31 IIII: (*corr.* $L^2$) || 32 in illo quem habet locum fortitudo quae *Cic.*: milia quae || laborumque *codd. Cic.* || 1—2 ita—lib. I *secl.* (?) *Mu.* || 3 Conp. generis neutri. Feminini conp. *Quich.* || 5 discundi *Mu.*: iucunde *Ries.* || 6 Hist. *om.* *L* || 7 I *Prisc. II, p. 66. 20, ut vid.* || inter: (*corr.* $F^2$) || 8 pastusque *etiam* $F^3$: portu atque *Stowasser. ap. Maurenbrecher.*: specu atque *Havercamp.* || 10 masculini (?) *Mu.* || 13 meletricem || 15—16 Verg.—post. *secl. Mu.* || 16 procumbant Cardine (*nov. lemm.*) in postis $L^1$.

|| Feminino Gracchus in Peliadibus (2):

sonat ínpulsa
regía cardo.

CENSVS generis masculini. || Neutro Cicero in Consulatu Suo (7):

quorum luxuries fortunas, censa peredit.

CRINES genere masculino Vergilius Aeneidos lib. IV (559):

et crines flavos.

|| Feminino Plautus Mostellaria (226):

gerundum morem censeo et capiundas crines tibi.

Atta in epigrammatis:

praeterea fusus resoluta crine capillus.

CVMMI generis neutri, ut est usu, monoptoton; tamen feminino Cinna (13):

Alpinaque gummis;

ut sit genetivus eius huius cummis, ut puppis, febris, pelvis. ||

## INCIPIT PER D LITTERAM.

DORSVM neutri est generis. Vergilius Aeneidos lib. I (110):

dorsum inmane mari summo.

|| Dorsus iterum masculini. Plautus in Milite (397):

timeó quid rerum gésserim: ita dórsu' totu' prúrit.

---

17 Gracchus *Scriver.*: graius || 18 inpulsu *Delrius* || 20 neutri $B^A$ || 21 fortunas *Mu.*: fortunata || peredit *Lips.*: peperit || 25 tibi et cap. cr. *Ritsch.* || 26 Atta * * * Cinna in *Quich. post Me.* || 27 tusis: *corr. On.*: tum sit *Mu.*: fusis (*cum* capillis) *Haupt.* (*Herm. III, 341*): Tuscis *Quich.* || desoluta (tes. $L^1$): *corr. Me.* || orino $L^1$ || 28 tamen (*etiam* $F^3$): *secl. Quich.*: cummis *On.* || 29 -no *scripsi*: -na *L*: -ni $B^A F^3$ || 30 gummi (cu.) || 2—3 *cf. 459. 26* || 4 masculini ||| (nam *L ex corr.*) pl. *L*.

203 M.

DECOREM generis masculini. || Decentiam feminino M. Tullius de Deorum Natura lib. II (145): 'colorum etiam et figurarum tum venustatem atque ordinem et, ut ita dicam, decentiam oculi iudicant'.

DESPECTVS generis masculini. || Despicientia feminini. M. Tullius de Officiis lib. II (38): 'ergo et haec animi despicientia admirabilitatem magnam facit'. — et Tusculanarum lib. I (95): 'in omnium rerum humanarum contemtione ac despicientia, in omni virtute ponamus'.

DOMINATIO generis feminini, ut plerumque. || Masculini. M. Tullius de Republica lib. I (59): 'quid? tum, cum es iratus, permittis illi iracundiae dominatum animi tui?' — et de Officiis lib. II (2): * * * *et de Republica lib. I (27):* 'quorum est levis fructus, incertus dominatus'.

DEBITVM generis est, ut manifestum est, neutri. || Feminini. M. Tullius pro Plancio (68): 'nam alia est debitio pecuniae, alia gratiae'.

DILVVIVM generis habetur, ut saepius, neutri. Vergilius lib. VII (228):

diluvio ex illo.

|| Feminini. Lucretius lib. V (255):

pars etiam glebarum ad diluviem revocatur
imbribus.

Horatius Carminum lib. IV (14. 27):

horrendamque cultis
diluviem minitatur agris.

---

6 genere $F^3$ || masculino $F^3$: masculini nam *BA*: m. non $L^1$ || 8 venus tamen *L* || 8—9 et tuti tata d. $L^1$ || 11—12 *cf. 490. 8* || 11 ego $L^1$ || an. $F^3$: *om. L BA* || 13 lib. IIII omn. *L*: lib. II in omn. *BA* || humaniarum *L* || 14 et in *codd. Cic.* || 16—17 cum mes $L^1$: cum tu es *codd. Cic.* || quid tu cum es *ed. princ.* || 17 dominatus *BA* || 18 I *BA* || *restituit Quich.* || 19 est *prius del.* (?) *Mu.* || 21—22 quamquam dissimilis est deb. *codd. Cic.* || 24 VIII *L*: VIIII *BA* || 26 VI || 27 diluvium || 30 cultus: *corr.* $H^3$ || 31 minatur.

## INCIPIT PER E LITTERAM.

EVENTVS generis est masculini. || Neutro Lucretius lib. I (449):

nam quaecumque cluent, aut his || coniuncta duabus
rebus ea invenies aut horum eventa videbis.

idem in lib. I (470):

eventum dici poterit, quodcumque erit actum.

M. Tullius in Hortensio (46): 'tu me et alias nonnumquam et paulo ante adhortatus es, aliorum facta et eventa conquirerem'. — idem Consulatus Sui lib. II (3):

atque animo pendens † noctu eventa timebat.

ERROR masculini est generis. Vergilius Aeneidos lib. X (392):

gratusque parentibus error.

|| Feminini. Accius Neoptolemo (469):

sáti' iam dictum est; néque ego errantia ánimi prave
mórigerabor.

|| Neutri. M. Tullius ad Hirtium lib. II (1): 'qua in re si mediocriter lapsus sum, defendes meum tolerabile erratum'.

EPVLVM generis neutri est. || Feminini. Lucilius Satyrarum lib. XIII (10):

idem epulo cibus atque epulai Iovis omnipotentis?

qui versus utrumque designat. — Vergilius lib. VI (604):

epulaeque ante ora paratae
regifico luxu.

---

33 neutri (-tris $L^1$) || 3 item (*secl.* in lib. I) *Mu. in append.* || 4 ici p. quocumque || 6 aliorum ut f. *docti ap. Cic.* (*sed vid. Plasberg. p. 31*) || 8 p. quae noctu (*vix* p. noctus) *Mu.*: p. nocturna *Iun.*: *fort.* p. noctu tu (*cum* timebas) || 12 errantia $F^3$: -tiae $LB^A$ || 17 ide $L^1$ || epulai *Mu.*: epulatio || iovis *supra add. L.*

ERVVM generis neutri est, ut plerumque. || Feminini. Varro Longe Fugit Qui Suos Fugit (244): 'sed uti serat haec legumina arte parva pauca: cicer, ervillam, asparagiam, alium, spiria, ceteris'.

## INCIPIT PER F LITTERAM.

FRONTEM feminino genere Vergilius [ait] (Aen. VII, 417):
et frontem obscenam rugis arat.

|| Masculino Titinius Setina (112):
quasi hermaphroditus fimbriatum frontem gestas † feminino.

Pacuvius (382):
vóce suppressá, minato frónte, vultu túrbido.

Cato de Re Militari (10): 'una depugnatio est fronte longo, quadrato exercitu'. — Caecilius Subditivo (79): ||
nam hi súnt inimici péssimi fronte hílaro, corde trísti,
quos néque ut adprendas néque uti dimittás scias.

Plautus (Ploc. fr. 110):
. . . . nám coloratum fróntem habet, petilís . .

FINEM masculino genere dicimus. Vergilius Aeneidos lib. X (116):
hic finis fandi. solio tum Iuppiter aureo
surgit.

|| Feminino Lucretius I (107):
et merito; nam si certam finem esse viderent.

---

23 parva *secl. Mu.* || 23—24 ac paregia alia: *corr. Mu.* || 24 spiria *secl. Mu.* || 26 (ait *om. E*) (*seq.* et) || 29 timbr. $L^1$ || fem. *del. Me.*: *fort.* feminae || 31 innato: *corr. On.* || frontet vultu $L^1$ || turpido: *corr. ed. princ.* || 33 quadro *codd. Veget. de re mil. III, 20* || 2 ut vitare $F^3$ (r *pro* s): vitare $LB^A$: ut mittas (dim.) *codd. Gell. XV, 9*: *corr. Spengel.* || 3—4 *cf. 149. 7* (*s. v.* petilum) || 4 coloratilem *codd. h. l.* || petulis $LB^A$: petilis $F^2$ ($F^3$?): *fort.* petilest || 9 ceratam || vident.

Accius Phinidis (577):

neque úlla interea fínis curarúm datur.

Vergilius Aeneidos lib. III (145):

quam fessis finem rebus ferat.

Caelius Annali lib. V (38): 'at aliquam huic bello finem facere'. — Cassius Hemina Historiarum lib. IV (35): 'qua fine omnis res atque omnis artis humanitus [quae] aguntur?' — Varro Meleagris (294): 'currere, vigilare, esurire, ecquando haec facere oportet? quam ad finem?' — Sisenna Historiarum lib. IV (59): 'et prope mediam ad finem ripae pervenerant'. — Varro de Vita Populi Romani lib. IV: 'ita huius belli horribilis finis facta'.

FVNIS masculini est generis. || Feminino Lucretius lib. II (1154):

aurea de caelo demisit funis.

FRETVM neutri tantum generis esse volumus. Vergilius lib. III (Aen. 127):

et crebris legimus freta concita terris.

|| Masculini. Lucretius lib. VI (364):

nam fretus ipse anni permiscet frigus ad aestum.

Naevius (trag. 53):

dubií faventem pér fretum introcúrrimus.

Ennius (trag. 331):

crássa pulvis óritur; omnem pérvolat caelí fretum.

---

11 curas (s *pro* r): *corr. ed. princ.* || 12 IIII || 15—16 *cf.* *514. 15* (*s. v.* humanitus) || 16—17 quare fini omnis artis atque hum. ag. *codd. 514* || 16 finem || humanitas: -tus *codd. 514* || *fort.* utique hum. || 18 haec quando haec || 19 editam *Mu.* || 22 aureas || dim. $L^1$ || 24 conciterris *L* || 28 furentem *Quich.*

Lucilius (inc. 176):

seréna caeli númina et salsí fretus.

Varro Gallo aut Fundaniò (5): 'inter Italiam et Siciliam qui est fretus, inter Regium et Messanam'.

FAVOR est generis masculini. || Feminino Accius || Oenomao (510):

augustam ádhibeant
favéntiam, ore obscéna dictu ségregent.

FETVS masculini. Vergilius Georgicorum lib. II (196):

aut ovium fetum aut urentes culta capellas.

|| Vergilius Bucolic. feminino (VII, 35):

at tu,
si fetura gregem subpleverit, aureus esto.

idem Georgicorum lib. III (62):

cetera nec feturae habilis nec fortis aratris.

FRENOS masculini. Vergilius lib. III (Georg. 184):

et stabulis frenos audire sonantis.

|| Neutro Vergilius lib. VIII (168):

frenaque bina, meus quae nunc habet aurea Pallas.

Accius Pari (686):

frena † tesauri equorum acconmodant.

FORVM generis neutri. || Masculini. Lucilius lib. III (63):

Romanis ludis forus olim ornatu' lucernis.

---

31 Licinus *Becker.* (*ex Charis. p. 129. 6*) || 32 serana: *corr. ed. princ.* || caecaeli *L*: caecli (caecili?) *ut vid.* $F^3$: caecili $B^A$: *corr. ed. princ.* || nomina $F^3$: nomine $L B^A$: momina *Lachm.* || salis: *corr. Scal.* || 33 fundania || 1—3 *cf. 357. 16* (*s. v.* obscenum) || 2 agustam || 3 more *codd. h. l.* || dictis *codd. h. l.*: dictu (-ti, -ta) *codd. 357* || segregens *codd. h. l.* || 4 III || 5 aut ocium $L^1$ || fetus || 6 Fem. Verg. Buc. *Quich.* || 11 Verg. Georg. *ed. princ.* || 12 stabulo *Verg.* || 13 VIIII || 14 palles *L* || 15—16 Acc., pars fr. *Me.* || 16 tersa ori eq. *Me.*: texta auro ori eq. *Both.* || tensae *Ribb.*

Sallustius lib. I (Hist. 124): ‘illum nautis forum’.

Pomponius Petitore (37):

báluea,
forús, macellus, fána, portus, pórticus.

FRIGVS generis neutri, ut plerumque. || Feminini. Varro Cras Credo, Hodie Nihil (77):

. átque ut igni férvido medúllitus
Aquilóniam intus éruat frigédinem.

FVLMENTVM neutro, ut est in proverbio veteri, quo Varro utitur saepius (586): ‘fulmenta lectum scandunt’.

|| Feminino Lucilius lib. XXVIII (33):

fulmentas † eis atque aeneis subducere.

et lib. IV (29):

subicit huic † fuldum; fulmentas quattuor addit.

Plautus Trinummo (720):

fúlmentas iubeám subponi sóccis.

FAMVLATIO, ut dominatio, plerumque genere feminino. || Masculino Cicero de Amicitia (70): ‘ut in fabulis qui aliquandiu propter ignorationem stirpis et generis in famulatu fuerint, || *cum* cogniti sunt et aut deorum aut regum filii inventi’.

FLVVIVS masculini generis, ut amnis, plerumque. || Feminini. Sisenna Historiarum lib. IV (53): ‘quod oppidum tumulo in excelso loco propter mare parvis moenibus inter duas fluvias infra Vesuvium conlocatum’.

---

**19** raptis *codd. Pompei gramm. p. 163* || **20** balneae *Me., Ritter. (Philol. XX, 664)* || **21** fortus $L^1$: *secl. Mu.* || **23—25** *cf. 139. 9* (*s. v.* medullitus) || **25** servat (*praec.* s) *codd. utrobique*: *corr. Bue.* || **27** fulmentum lectum *L* || **29** eis at. ae. $F^3$: aeneis at. ae. $L B^A$: *fort.* nasaque ae. || **31** subicit *Salmas.*: sucit || (sulcum $H^2$): soldum *Mu.*: fulcrum *Scal. MS., Salmas.* || **33** foco $F^3$: fico $L B^A$ || **35** aut in || **36** in *om. L* || **1** cum *om.* (*seq.* co) || cum agniti *Me.* || **3** fem. ut a. pl. || **5** loco *secl.* $Me.^1$ || **6** infra *Roth.*: intra (*etiam* $F^3$).

— idem eodem (54): 'transgressus fluviam, quae secundum Herculaneum ad mare pertinebat'.

FLEXVS genere masculino Vergilius Georgicorum lib. I (244):

maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis.

|| Feminino Cicero in Oratore (57): 'cum alter alteri obicit vocis inflexiones'. — idem in eodem (59): 'ipse se moderans et virili laterum flexione'.

## INCIPIT PER G LITTERAM.

GVTTVR neutri est generis. Vergilius lib. VI (421):

ille fame rabida tria guttura pandens.

|| Masculino Plautus in Milite Glorioso (835):

nam ními' calebat, ámburebat gútturem.

Lucilius (inc. 84):

et ventrem et gutturem eundem.

Naevius (com. 135):

ingúrgitavit úsque ad imum gútturem.

Varro Lege Maenia (237):

. exercebam ámbulando, út siti capácior
ád cenam veníret guttur.

Plautus Aulularia (304):

etiámne obturat ínferiorem gútturem?

GENV neutri est generis. Vergilius lib. V (432):

genva labant; vastos quatit aeger anhelitus artus.

---

6 fluvium || 7 pertinebat $F^3 B^A$: perfinebat *L* || 9 sinuos elibatur $L^1$ || 10 altera iteri *L* || 11 flexiones *codd. Cic.* || 12 se ipse *codd. Cic.* || et] ex || 17 adurebat || 23 exercebar *v. d. in ed. Basil.*: *fort.* exercebam me || ut] qui *Mu.*: *fort.* uti || cibi *Popma* || 26 obturas (-ter- *G*).

|| Masculini. Lucilius Satyrarum lib. IV (30):

haeret verticulis adfixum in posteriore
parte atque articulis; nam ut nobis talu' genusque est.

GELV neutri generis. [Titus] Livius pisi† Aiace Mastigophoro (16):

. praestatur vírtuti laus, sét gelu multo ócius
vénto tabescít.

|| Masculini. Afranius Epistula (104):

quís tu es ventoso ín loco
soleátus, intempésta noctu, súb † divo,
apérto capite, || sílices cum findát gelus?

Accius Prometheo (390):

túm profusus flámine hibernó gelus.

Cato Originum lib. II (33): '[Libii] qui aquatum, et lignatum videntur ire; securim atque lorum ferunt, gelum crassum excidunt, eum loro conligatum auferunt'.

GRANDO generis feminini. Vergilius Georgicorum lib. I (449):

quam multa in tectis crepitans salit horrida grando.

|| Masculini. Varro Trihodite Tripylio, *περὶ ἀρετῆς κτήσεως* (557):

néc coruscus ímber, alto núbilo cadéns multus,
grándine inplicátus albo.

---

30 verticulis *$F^3B^A$*: -lum *L* || 31 aerticulis *$L^1$* || novis || 32 neutro *L* || Titus *del. Iun.* || pisi] *fort.* bis in *vel* posuit || 33 *fort.* praestat (*seq.* vir-) *vel* pr. vero || g. s.: *transposui* || 34 uento *$F^3$*: uenio *$LB^A$*: verno *Bue.* || praestátur l. v. s. m. o. | vernó g. t. *Ribb.* || 37 s. Iove *Ribb.*: s. deo (?) *Mu.* || 1 findit *Quich.* || 3 tum porro f. *Passerat.* || 4 Libii (libri *G*) *del. $F^3$* (*pro* lib. II) || aquantum *$L^1$* || 5 et] ut *Lips.* || iubentur *Lips.* || lorum *Lips.*: solum folum *L*: solum *$B^A$* || 6 exhidunt (exid.): *corr. ed. princ.* || conligatus *$L^1$* || 8 tam *Verg.* || crepitant *$L^1$* || horroda *L* || grande *$L^1$* || 11 implicatur *$B^A$*.

GLADIVS masculini. ‖ Neutri. Lucilius (inc. 85):
haerebat mucro gladiumque in pectore totum.

GANEVM neutro Varro Sesqueulixe (481):
qui se in ganeum ac censum coniecit amicae.

GRVES genere feminino Vergilius Georgicorum lib. I (120):
Strymoniaeque grues.

Lucilius Satyrarum lib. IV (32):
longior hic quam grus, grue tota cum volat olim.

‖ Masculino Laberius in Fullonicis (47):
. . verum tu húnc gruem Baliáricum an esse hominém putas?

GREGES, ut saepe, generis masculini sunt. ‖ Feminini. Lucretius lib. II (661):
lanigerae pecudes et equorum duellica proles
buceriaeque greges.

## INCIPIT PER H LITTERAM.

HORREA genere neutro, ut saepe. ‖ Feminino Calidius oratione in Quintum Gallium: 'quarum iacent muri, navalia horreae curiaque et tabulariae publicae'. — eiusdem generis tabularias quo et horreas dixit.

## INCIPIT PER I LITTERAM.

INTIBA generis neutri. Vergilius Georgicorum lib. IV (120):
quoque modo potis gauderent intiba rivis.

---

**13** que *add. ed. princ.* ‖ **14** GANEA, generis feminini. Ganeum *Mu. post Quich.* ‖ **18** Sat. $F^3$: *om.* $LB^A$ ‖ **19** grus grege t. *I. Dousa* ‖ **21** verum *Mu.*: virum: utrum *Gulielm.* ‖ h. p. esse: *correxi* ‖ **23—25** *cf. 80. 27* ‖ **23** IIII *codd. h. l.* ‖ **27** Feminini *L* ‖ claudius: *corr. Meyer. in orator. Rom. fragm. p. 437* ‖ **28** quintium (*corr.* $F^1$) gallum ‖ quorum *Iun.* ‖ iacent $F^3$: iaceni $LB^A$ ‖ **28—29** muri (*Iun.*) navalia *On.*: murena (munera *H*) ulla ‖ **29** horrea ‖ **30** ei.—dix. *secl. Mu.*

209 M.

|| Masculini. || Lucilius Satyrarum lib. V (21):

intubu' praeterea pedibus praetensus equinis.

idem XX (3):

pulmentaria, ut intubus aut aliqua id genus herba.

Pomponius in Placenta (127):

rústici
edúnt libenter [pedibus] trístis, atros íntibos.

INTERITVS generis dicitur masculini. M. Tullius Philippicarum lib. II (27): 'Gnaeum Domitium non patris interitus, clarissimi viri'. || Feminini. M. Tullius Verrinarum in Frumentaria (II, III, 125): 'cum bis in eadem provincia magnae fugitivorum copiae versatae sunt, tamen aratorum interitio facta nulla est'.

INSOMNIVM generis neutri. || Feminini. Caecilius Plocio (168):

consécuitur comes insómnia; ea pórro insaniam áffert.

INTESTINVM generis neutri. Lucretius lib. IV (118):

horum intestinum quodvis quale esse putandum est?

|| Masculino Varro Marcopoli, περὶ ἀρχῆς (290): 'sensus portae; venae hydragogiae; clavaca intestini'.

INGRESSVS generis masculini, ut saepe. || Feminini. M. Tullius in Oratore Perfecto (11): 'ac video hanc

---

2 praetonsus *Gul. Wagner.* (*Burs. Jahresber. 1875, p. 594*): perserpsit *cod. Charis. p. 100. 31*: pressus *cod. Serv. ad Georg. I, 120* || 3—4 *cf. 137. 27* || 3 XXX *codd. h. l.* || 4 aliqua et id *codd. h. l.* (*pro* aliqua it): aliquod *codd. 137*: aliquae id *On.* (herbae $F^3$) || 7 pedibus *secl. Ribb.* (*cf. v. 2*) || p. tritos *Munk.* adros intribos *L* || 8 genere d. masculino (?) *Mu.* || 10 vibi $L^1$ 11 eadem] ea *codd. Cic.* || 12 tamen] tum || 13 interito $L^1$ 14 aufert *L* || 16 esse] eis || 17 Masculinum: *corr. Quich.* 18 portae $F^3 B^A$: poriae *L* || venae *Iun.*: verre $B^A$: verro *L* clavaca $F^3 B^A$: clavada *L* || 20 perfecto hac $F^3$: perfectum hanc *L*: perfectum (*om.* ac) $B^A$: ac profecto *Mu.*

primam ingressionem meam non ex oratoriis disputationibus ductam, sed e media philosophia repetitam'.

IOCVS genere masculino. Cicero pro Caelio (46): 'ludus, iocus, sermo paene est familiarium deserendus'. || Neutro Laevius Protesilaodamia (14):

in eum ínruunt cachínnos,
ioca, dícta risitántes.

Sallustius in Iugurtae Bello (96, 2): 'ioca atque seria'. ||

## INCIPIT PER L LITTERAM.

LENTEM consuetudo feminino genere dici vult. Vergilius Georgicon lib. I (228):

nec Pelusiacae curam aspernabere lentis.

|| Masculino Titinius (163):

. . . . . . lenti cálido, elvella, rápula,
rúmice.

LVX feminini est generis. Vergilius in Bucolicis (VII, 43):

si mihi non haec lux toto iam longior anno est.

|| Masculini. Plautus Aulularia (748):

lúci claro dísripiamus aúrum matronís palam.

Varro Bimarco (67): 'nos ergo nihil egimus, quod legem Lucanam luci claro latam non latam scutulans'.†

---

21 primum || oratoris || 22 se dimedia $L^1$ || repetita *L* || 24 sermone est: convivium sermo paene est *Cic.* || disserendus $B^A$ || 25 nevius || 25—26 Prot. in eum *Voss.*: protheosilaodam ineunt $F^3$: protesilaodam iniunt $L B^A$ || 27 riisitantis (ris- *ut vid.* $F^3$): missitantes *Both.*: fusitantis *Havet.* (*Rev. Philol. XV, 11*) || 6 trapula: *corr. Scal.* || 7 romicae (-ce) || 12 quom (?) *Mu.* || 13 lucanam $F^3$: lucaniam $B^A$: lucani *L*: *del. Ald.*: Liciniam *Oehler.* || luci claro latam non latam $F^3$: *om.* non latam $B^A$: *om.* luci *et* non latam *L* || sustulimus *Oehler.*: ἐσκοτίσαμεν (?) *Mu.*

210 M.

idem Synephebo, περὶ ἐμμονῆς (512): ‘hodie, si possumus quod debemus populo in foro medio luci claro decoquere’. — M. Tullius de Officiis lib. III (112?): * * * * * * (Com. pall. inc. 70):

et cúm prior ire lúci claro nón queo.

LVCRVM secundum consuetudinem neutri est generis. || Masculini. Plautus Persa (494):

nunc ea narrábo,
unde tú pergrandem lúcrum facias.

LABIVM neutri [est] generis. Serenus in Opusculis (12):

labiúmque insigne revéllit.

|| Labea rursum feminini. Plautus in Sticho (721):

age,
tíbicen, quandó bibisti, réfer ad labeas tíbias.

Novius Macco Exule (51):

vérberato pópulus homini lábeas pugnis caédere.

idem Praecone Posteriore (Pomponius 142):

ego dédita opera té, pater, solúm foras
sedúxi, ut nequis ésset testis tértius
praetér nos, tibi cum túnderem labeás lubens.

Lucilius Satyrarum lib. XXII (9):

Zopyrion labeas caedit utrimque secus.

LACERTI generis masculini. || Neutri. Accius Atreo (220):

cóncoquit
partém vapore flámmae, tribuit ín focos
veribús lacerta.

---

17—19 *rest. Me.*: *fort.* idem de officiis liberti, ‘et *etc.*’ || 19 non que *L* || 20 est *om. L* || 22 nunc] ne || eam *codd. Pl.* 24 Lautum *L* (*pro* Lavium) || est *om. L* || 25 vellit *L* 26 Labeare ru.: *corr. ed. princ.* || 27 ace *L* || 28 tibicem biristi reter *L* || l. tibeas $LF^3$ (*ex* tiberias) || 30 verberatio: *corr. ed. princ.* || *post hunc v. lacunam sign. Mu.* || 32 ego *Iun.*: ergo || 39 flammam: *corr. Voss.* || 40 ver. lac. in fo.: *corr. Ribb.*

LOCA generis sunt neutri. Vergilius Aeneidos || lib. I (51):

loca feta furentibus Austris.

|| Masculini. Vergilius Aeneidos lib. I (365):

devenere locos, ubi nunc ingentia cernis
moenia.

Naevius Belli Punici lib. VI (47):

convenit, regnum simul atque locos ut haberent.

Cicero in Oratore (122): 'ducantur, duplices loci: uni *e* rebus ipsis, alteri adsumpti'.

LAPIDES et feminino genere dici possunt, ut aput Ennium (Ann. 608):

tanto sublatae sunt agmine tunc lapides .;

ad Homeri similitudinem, qui genere feminino lapides posuit.

LVXVRIA generis feminini. || Masculini. Varro Manio (252):

nec sumptibu' finem
† lepitus statues finemque modumque.

LVSVS vel LVDVS genere dicuntur masculino. || Feminino lusiones M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. V (55): 'cum hi vero paulum processerunt, lusionibus vel laboriosis delectantur'. — idem de Oratore (I, 73): 'qui pila ludunt, non utuntur *in* ipsa lusione artificio proprio palaestrae'. — Varro Cato vel de liberis educandis (30): 'ab huiuscemodi lusionibus radices crudelitas agere solet'.

LABRVSCA genere feminino. Vergilius in Bucolicis (V, 7):

silvestris raris sparsit labrusca racemis.

---

**1—2** *cf. 312. 1* || **3** lib. II $F^3B^A$: *om.* *L* || **7** ut $F^3B^A$: non *L* || haberet *Merula* || **9** e *om.* || adsumptis (ass-) || **11** lap. his(?) *Mu.* || **12** λάας (*sic*) *Iun.*: λίθους *Mu. in append.* || **14** finem] unquam *Quich.*: luxu (*dativ.*) *Mu.* || **15** legibus *Roth.* || l. nec luxu st. *Lachm. ad Lucr. p. 141* || *fort.* nec sumptibu' finem | nec luxu edictis st. (*cf. Amer. Iourn. Phil. XXII, 37*) || **18** *vel* i || **19** laboriosius || **20** pala $L^1$ || in *om.* || lusone *L* || propriae: (*corr.* $H^1$) || **21—22** *cf. 133. 19* || **23—24** *cf. 449. 13* || **24** solvestris $L^1$.

|| Neutro Vergilius in Culice (53):

densaque vergultis avide labrusca petuntur.

LIBA generis neutri. Vergilius in Bucolicis (VII, 33):

sinum lactis et haec te liba, Priape, quotannis.

|| Masculino Nigidius de Dis (77): 'deinde surgat, faciat libos quattuor'; et infra (77): 'libos duos ad dextram et duos devexos'.

LVPINVM neutro Varro de Re Rustica lib. I (13, 3): || 'lacum esse oportet, ubi maceretur lupinum'.

LYMPHA, aqua, genere feminino, ut saepe. || Masculino Lucilius (inc. 86):

inpermixtum lymphorem.

LICENTIAM feminino. || Masculino Laberius in Paupertate (71):

meó licentiátu.

LATRINA genere feminino; et est lavatrina, quod nunc balneum dicitur. Lucilius lib. XI (26):

qui in latrina languet.

|| Neutro Laberius Conpitalibus (36):

sequere in latrínum, ut aliquid gústes ex Cynica haéresi.

hic latrinum ventri † finem locum dixit. — Lucilius lib. VI (29):

hoc tu apte credis quemquam latrina petisse?

---

27—28 *cf. 547. 15* || 28 laba *L* || 30 intra: *corr. Rutgers.* || addextra: *corr. Quich.*: a dextra *ed. princ.* || 31 dev.] laevorsus *Mu.* || 1 lup. * * * *Quich.* || 2 aqua *secl. Mu.* || 5 feminini (?) *Mu.* || 6 licentatus: *corr. Guietus, Gesner.* || 7 Latrinas || 9 lanque (-quae, -guae): *corr. Iun.* || 11 séq. me in *Both.* || gustus: *corr.* $H^3$ || 12 (v. fine *E*): v. faciendo *On.*: *fort.* ventris fine (*cf. Arch. Lat. Lex. I, 425*) || 13 hac tu ab re *Mu.* || credit: *corr. I. Dousa.*

LVTVM genere neutro. et aput Ciceronem in Epistolis ad Hirtium lectum est plurali numero (5): 'luta et limum adgerebant'. || Masculino Claudius Annal. (94): 'pluvia imbri lutus erat multus'.

LANITIVM genere neutro. Vergilius Georgicon lib. III (384):

si tibi lanitium curae.

|| Feminino. Laberius Paupertate (67):

nihil réfert, mollem e lánitia Attica án pecore ex hirtó geras vestítum?

## INCIPIT PER M LITTERAM.

MERCATVS generis habetur masculini. Serenus Ruralibus (8):

ád mercátum eo, vílice.

Varro Sexagesi (497):

ubi tum comítia habebant, íbi nunc fit mercátus .

|| Mercatura feminini. Plautus Trinummo (332):

mércaturane? án venalis hábuit, ubi rem pérdidit?

Novius in Militibus Pometinensibus (61):

ínstant mercatúram; spero, rém faciet; frugi ést homo.

Lucilius Satyrarum lib. VI (7):

verum et mercaturae omnes et quaesticuli isti intuti.

---

16 annalium: *fort.* Annali, tum (*vel* iam) || 20 nihílne refert *Ribb.* || p. ex hircorum: *corr. Marquardt. vitae Rom. priv. p. 460*: tergore ex h. *Bergk.*: p. ex hirto durum *Bue.* || 21 vestium (*corr. Lips.*) geras: *transposui* || 23—26 *cf. 431. 14* || 26 ubi tum *codd. 431*: suptum *codd. h. l.*: *fort.* sed ubi t. || 28 mercaturam eam ven. || 30 instat m. *Scal.*: ista mercatura *Mu.* || spero rem $F^3$: perorem *L*: peiorem *ut vid.* $B^A$ || 31 VIII $B^A$ || 32—33 isti int. *Scal.*: instituti.

Turpilius Lindia (136): ‖

consílium hoc cepi: lítteras misi ád senem
nostrúm prode esse nóbis ex senténtia
mercáturam.

M. Tullius de Officiis lib. III (6): 'ad quos cum tamquam ad mercaturam bonarum artium sis profectus'. ‖ Mercimonium neutri. Plautus Amphitryone (1):

ut vós in vestris vúltis mercimóniis.

Turpilius Thrasyleone (204):

vidére cupio véstrum mercimónium.

MELOS genere neutro. Naevius Lycurgo (20):

suavisonúm melos.

‖ Masculino Accius Bacchis (238):

ácrís crepántés melós.

Pacuvius Periboea (311):

. . thiasantem frémitu concidí melum.

Varro Parmenone (397):

† Paciin huíus nascuntur púeri Rhythmus ét Melus.

idem Cato vel de liberis educandis (25): 'omnes enim qui locuntur habere debeant quosdam melos'.

MEDIMNVM generis neutri. ‖ Masculini. Lucilius Satyrarum lib. XV (22):

praeterquam in pretio primus semisse, secundus
nummo, tertiu' iam plurest quam totu' medimnus.

---

2 prodesse $B^A$: processe *Gifanius* ‖ nebis *L* ‖ sentia $L^1$ ‖ 4—5 *cf. 431. 20* ‖ 5 protectus *L* ‖ 11 suave summum: *corr. Gulielm.* ‖ 13 acri: *corr. Iun.* ‖ crep. *etiam* $F^3$: (crepitantes $F^1$) ‖ 15 thesiantem: *corr. Scriver.* ‖ fremita ‖ 16 concīte *Ribb.* (*anap.*) ‖ 18 paci in *del. Duentzer.* (*cf. v. 14*): patris *Ribb.* ‖ e $L^1$ ‖ melos ‖ 20 quo *L*: quom (?) *Mu.* ‖ debent *Iun.* ‖ 23 seminisse *L*: seminis $F^3 B^A$ ‖ 24 plures: *corr. Mu.*: pluris *Iun.*

MARGARITVM generis neutri. Varro *Ἑκατόμβη, περὶ θυσιῶν* (97):

ubi ílla phalera gémmea atque ephíppia
et árma margaríto candicántia?

|| Feminino Varro Papia Papae, *περὶ ἐγκωμίων* (382): 'inperito nonnumquam concha videtur margarita, vitrum smaragdos'. — M. Tullius in Verrinis, de signis (II, IV, 1): 'ullam gemmam aut margaritam'. — Varro Marcipore (283): 'altera exorat patrem libram ocellatorum, altera virum semodium margaritarum'.

MESSEM generis feminini. || Masculino Lucilius lib. XXVII (47):

pótius quam non mágno messe, || nón proba vindémia.

MENDVM neutro M. Tullius ad Atticum lib. II (VII, 5): 'Castricianum mendum nos corrigemus'. || Feminino M. Tullius in Verrinis (II, II, 104): 'quam mendam ista denique litura?' Lucilius (inc. 87):

nam in quibu' mendae
omnibus in rebus fiunt fierive potissunt.

METVS masculino. || Feminino Naevius (Bell. Poen. 57):

magnae metus tumultus pectora possidit.

Ennius (Ann. 526):

nec metus ulla tenet, freti virtute quiescunt.

---

**26** gemmeaque: *corr. Meinek.* || **27** margariti: *corr. Iun.*: -ta *Mu.* || *καναικαντια* || **29** margaritam: *corr. ed. princ.* || **29—30** vitrum sm. (sm. *iam ed. princ.*) *Me.*: ut amisi margdos || **33** merg. *L* || **1** non magnum esse: *corr. Me.*: (non magnum me est $H^3$): non magnum messem *ed. princ.* || non proba vindemedia $B^A$: non probavi indemedia *L*: (*corr.* $F^2$) || **3** non corrigeris || Fem.] feminini nomen $L^1$: feminini $B^A$ || **4** quae mendosa denique litora: quod mendum ista litura correxit *codd. Cic.*: *corr. Victor.* || **5** in *del. Mu.*: ut *I. Dousa* || **6** fierique: *corr. Mu.* || **7** masculini non *L*: masculini $B^A$ || fem. $F^3 L$: *om.* $B^A$ || **8** magni || metus *ed. princ.*: intus (vitus $L^1$) || possidet $B^A$ || **10** nec *Me.*: ni || tenet $F^3 B^A$: tennet *L* || freti *Me.*: rite $F^3 B^A$: riae *L*.

214 M.

MVRMVR neutri est generis. ‖ Masculini. Varro Sexagesi (493):

ácciti sumus, út depontarémur. murmur fít ferus.

MVNDVS muliebris generis est masculini. ‖ Neutri. Lucilius lib. XVI (3):

legat uxori mundum omne penumque.

MISERIA, ut saepe, generis feminini. ‖ Neutri. Laberius Carcere (18):

hómo frugi, quod tíbi relictum est, rétines miserimónium.

## INCIPIT PER N LITTERAM.

NVNDINAE generis sunt feminini. Varro Marcipore (279): 'utri magis sunt pueri? hi pusilli nigri, qui expectant nundinas, ut magister dimittat lussum?' ‖ Masculini. Lucilius lib. XXVI (80):

paúcorum, atque hoc pácto si nihil gústat inter núndinum.

Varro Gerontodidascalo (186): 'quotiens priscus homo ac rusticus Romanus inter nundinum barbam radebat?' — idem *Ταφῇ Μενίππου* (528): 'Romani psammacosioe, non qui in urbe inter nundinum calumniarentur'. —

---

**11** Murmun neutrius g. $L^1$ ‖ **12** acciti $F^3$: iacciti $B^A$: sia actiti $L^1$ ‖ uti *Mu.* (*iamb. senar.*) ‖ deputaremur $L$ ‖ murmur *Iun.*: mur ‖ fit verus $F^3 B^A$: sitieris $L$: *corr. Mu.* ‖ **13** muliebris $F^3$: mulieris $L B^A$ ‖ est $F^3$: *om.* $L B^A$ ‖ **14** (XVI $F$ *cum codd. Gell. IV, 1. 3*): XVII ‖ **15** legavit quidam ux. *Gell.* ‖ **17** miserie (-iae) munium $B^A$ ‖ m. ret.: *corr. Both.* ‖ **19—21** *cf. 133. 17* (*s. v.* lusus) ‖ **20** utri *codd. 133*: neutri $F^3 L^1$: *om.* $B^A$ ‖ maius $F^3$: maiores $B^A$: maiuses $L^1$: magis *codd. 133* ‖ pusilli nigri $F^3$ (*cum codd. 133*): pusillini $L B^A$ ‖ expectant $F^3$: spectant $L B^A$ (*cum codd. 133*) ‖ **21** nundinam (-na) *codd. 133* ‖ dimittat lusum *codd. 133*: dimittussum $B^A$: dimittus su $L$ ‖ **22** nundino: (*corr.* $F^2$) ‖ **25** Romani ps. *Me.*: romam ipsam marcosioe ‖ **26** n. q.] *fort.* innocui ‖ orbe: *corr. Me.*

idem Rerum Humanarum lib. XX: 'decemviri cum fuissent, || arbitrari vi nos nundinum divisum habuisse'.

NASVS masculini. || Neutri. Lucilius lib. VII (16):

queis oculi non sunt neque nasum et qualia † sunt.

idem lib. XXII (7):

nasum rectiu' nunc homini est suraene pedesne?

NEPOS dici et femina potest Ennio auctore, quae nunc neptis dicitur (Ann. 47):

Ilia, dia nepos, quas aerumnas tetulisti!

NVNTIVS generis masculini. || Neutro aput aliquos non receptae auctoritatis lectum est, sed doctos (? Catull. LXIII, 75 ? Gell. Noct. Att. III, 15, 4).

NERVI masculini sunt, sicuti plerumque. || Nervia, feminini, aput doctos lectum est saepe. [verum] Varro Ὄνος λύρας (366):

Sciéntia
dóceat, quem ad modum ín psalterio éxtendamus nérvias.

|| Neutri. Varro Ὄνος λύρας (368): 'et id dicunt suam Briseidem producere, quae eius nervia tractare solebat'.

NOVALIA genere neutro Vergilius in Bucolicis (I, 70):

inpius haec tam culta novalia miles habebit.

|| Feminino Vergilius Georgicon lib. I (71):

alternis idem tonsas cessare novalis.

---

**1** arbitrati (*fort. gen. sing.*) *edd.* || septenis (VII$^{nis}$) nos diebus nu. *Mu.* || **3** queis *Iun.*: quos || sanis *Mu.*: *fort.* alîs sunt || **5** surene $F^3$: serene *LBA* || pedesne *Mu.*: pedes (*seq.* Ne-) dici $F^3$: p. dicic *L* (*pro* dici . C . *i. e. nota novi lemmatis?*): p. (*om.* dici) *BA* || **8** dia *Charis. p. 90. 28*: da || neptis *L* || tet. *Charis.*: netulisti || **9** neutri *BA* || **12** doctos] *Gell. IX, 7. 3 laudant Gerlach., Hertz. opusc. Gell. p. 122* || verum *del. Mu.* (*pro* Varro) || **14** est tendamus: *corr. Gulielm.* || **15** ei edicunt *Ribb.*: ei indicunt *Mu.* || **16** nervia $F^3$: -as *LBA* || tractare $F^3$: traciare *LBA* || **19** II || **20** idem *om. L.*

## INCIPIT PER O LITTERAM.

OBSEQVIVM neutro genere habetur. Terentius in Andria (68):

obséquium amicos, véritas odiúm parit.

|| Obsequellam feminino Plautus in Asinaria (65):

qui míhi auscultabunt, fácient obsequellam.

Turpilius Epiclero (62):

set néqueo ferre hunc díutius
erráre et conquerí nec esse suaé parum obsequéllae.

idem Thrasyleone (209):

cum intérea
nihil quícquam a me est praemí neque erat túae benignitátis
atque óbsequellae.

Sallustius Historiae lib. II (78): 'ibi Fimbriana e seditione qui regi per obsequellam orationis et || maxime odium Syllae graves carique erant'. — Afranius Privigno (257):

quam míhi sit grata illíus obsequélla.

OSTREA generis feminini. Lucilius Satyrarum lib. III (25):

ostrea nulla fuit, non purpura, nulla peloris.

Turpilius Demetrio (23):

. . . in actá cooperta cóge inoras óstreas.

---

24 *sqq.* Obsequentia- *Both. comm. ad Afranii locum, Havet.* (*Mél. Graux, p. 804*) || 25 faciunt || 26—27 Ep. *Bentin.* sed *Me.*: etgleros et || 27 neque offerre (-ae *L*): *corr. Canterus* || 28 errari: *corr. Canterus*: miserari *Mu.* || desse *Mu.* || parum] pretium *On.*: palam *Mu.* || 31 quiquam $L^1$ || neque erat] neque preti, | era *Mu. post Quich.* (*sed vid. Leo anal. Plaut. II, 8*) || benignitati *Mu.* || 33 fimbriane se. $LB^A$: fimbriana se. $F^3$ || 2 grave scarique $F^3$: grave *om.* $LB^A$: gr. Scaurique *ed. pr.* || 5 peloris $F^3B^A$: pelobis $L^1$ || 7 coge *On.*: age: alga *Palmerius.*

Varro Τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, περὶ εὐκαιρίας (549):

nec múltinummus píscis, ex saló captus,
helóps neque ostrea ílla magna capta†
quivít palatum súscitare.

Afranius Excepto (142):

conchás, echinos, óstreas marínas.

M. Tullius in Hortensio (78): 'sollertiamque eam posse vel in tegulis proseminare ostreas'. — Varro Sexagesi (501):

. . . tunc núptiae vidébant ostriám Lucrinam.

‖ Neutri. Lucilius Satyrarum lib. IX (8):

quid ergo, si ostrea cerno,
cognorim fluvium, limum ac caenum sapere ipsum?

idem lib. XIII (8):

hoc fit idem in cena. dabis ostrea milibu' nummûm
empta?

Varro Ἕως Πότε, περὶ ὡρῶν (173):

non posse ostrea se Romae praebere et echinos.

OVES generis feminini, ut plerumque. ‖ Masculini. Varro Rerum Humanarum lib. XXII: 'ut etiam multantibus, qui oves d u o s, non d u a s dicunt, Homerum secutis, qui ait (Il. XXIII, 31):

πολλοὶ δ' ὄϊες.'

---

9 multinummus $F^3$: multum nummus $B^A$: multum nu nummus $L^1$ ‖ salo $F^3$: sola $L$: sala $B^A$ ‖ 10 helaps ‖ ulla *Iun.* ‖ corruptum *On.*: captata *Scal.*: *fort.* Campana ‖ 14—15 sollertiam eam quae posset *docti ap. Cic.* ‖ 15 posset: *corr. Nobb.* ‖ 16 ostrinam ‖ 18 quin *Mu.* ‖ ergo *Lachm. comm. Lucr. p. 122*: ego ‖ ce. os.: os. caeno *I. Dousa* ‖ 19 cognorit: *corr. Bentin.*: non norim *Mu.* ‖ 21 ho $L$ ‖ 25 plerumque quae $L^1$ ‖ 26 XXII $F^3$ *ut vid.*: XXIII $B^A$: XXVII $L$ ‖ 26—27 nutantibus: *corr. vir doct. ap. Iun.* ‖ 27 secutos.

216. 217 M.

idem: 'M. Terentio, quando citatus neque respondit neque excusatus est, ei ego unum ovem multam dico'.

OBSIDIO feminino. Vergilius Aeneidos lib. III (52):

cingique urbem obsidione videret.

|| Neutro Ennius (Ann. 330):

cum saevo obsidio magnus Titanu' premebat.

## INCIPIT PER P LITTERAM.

PVTEI sunt genere masculino. Vergilius Georg. lib. III (329):

ad puteos aut alta greges ad stagna iubeto
currentem ilignis potare canalibus undam. ||

|| Neutro Varro Gallo vel Fundanio, de miris (3): 'secundo, de stativis aquis, ut sunt lacus et stagna et putea et maria'.

PISCATIO generis, ut saepe, feminini. || Piscatus masculini. Cicero de Finibus Bonorum et Malorum lib. II (23): 'istius generis asotos iocunde putat vivere: mundos, elegantis, optumis cocis, pistoribus, piscatu, aucupio, venatione'.

PVLVIS generis masculini, ut saepe. || Feminini. Ennius lib. VIII Annalium (312):

iamque fere pulvis ad caelum vasta videtur.

idem lib. IX (340):

[iamque fere] pulvis fulva volat.

POSTICAM feminino genere consuetudine appellamus.

---

29 M. Ter. *Gell. XI, 1, 4*: M. *om.* (*praec.* -m) || **30** excusatus *Gell.*: excitatus || eum ego: ego ei *codd. Gell.* || **34** saevo *Iun.*: suo: sos *Havet* || titanum: *corr. Merula* || **37** a puteos *L* || **37—38** iubet occurrentem *L* || **38** il. $F^3$: e lignis *L* $B^A$ || portare *L* || **2** stagnae *L* || putei || mari *L* || **3** feminino *L* || **6** eleganus *L* || cocis $F^3$: cogis *L* $B^A$ || pistatu *L* || **7** masculino *L* || **9** vegetur *Bergk.* (*cf. ad 154. 2*) || **11** ia. fe. *del. Hugius* (*cf. v. 9*).

Lucilius Satyrarum lib. IV (III, 64):
"non peperi." — "verum; postica parte profudit."

Varro *Ταφῇ Μενίππου* (522): 'perrexit *in* interioris partis domuis posticae, ut ait Plautus, (fr. dub. 15) «penitissimae»'. ‖ Titinius neutro in Veliterna dici probat (142):

atque dúo postica, quaé loco
mercéde.

idem Fullonibus (30):
síquis hodie praéter has postícum nostrum pépulerit.

Lucilius lib. VIII (11):
pistrinum adpositum, posticum, sella, culina.

Varro Prometheo Libero (430): 'retrimenta cibi qua exeirent per posticum, canalem feci'.

PARTVS masculini est generis. Vergilius (Aen. VII, 321):
quin idem Veneri partus suus et Paris alter.

‖ Partitudo et Partio feminini. Plautus Aulularia (75):
probrúm, propinqua pártitudo cui ádpetit.

idem in eadem (276):
núnc probrum atque pártitudo própe adest.

Afranius Vopisco (346):
nón dolorum pártionis véniet in mentém tibi,
quós † misera pértulisti, ut pártum proicerét pater.

---

13 IIII $F^3$: III *L* $B^A$ ‖ 14 peperi $F^3$: peperit *L* $B^A$ ‖ virum: *corr. Bentin.* ‖ profundit $B^A$: pro Tundit (*nov. lemm.*) *L* ‖ 15 *cf. 491. 21* (*s. v.* domuis) ‖ in *om. codd. h. l.* ‖ 16 domus *codd. h. l.* ‖ 17 penitissime ‖ 20—21 *cf. 366. 16* ‖ 21 si quisquam *codd. 366* hanc *codd. 366*: hac *C. F. Mueller.* ‖ 23 cella *Gulielm.* 24 retrimenta $F^3$ $B^A$: trimenta *L*: detr. *Mu. post ed. princ.* quae *L* ‖ 25 exirent *Popma*: exierint ‖ canalem *Ruhnken. ad Xen. Mem. I, 4, 6*: vallem: callem *Erycius Puteanus* (?) *ap. Hertz.* (*Münch. Gel. Anz. XX, 507*) ‖ 27 venerit *L* ‖ 28 Paritudo ‖ paritio: (*corr. G*) ‖ 31 pactitudo $B^A$ ‖ 34 q. miserula *Both.*: q. misella *Mu.*: q. tu misera *Hermann.*: q. tum m. *Scal.*

Plautus Truculento (196):

horrésco misera, méntio || quotiéns fit partiónis.

PRAESEPIA neutri sunt generis. Vergilius lib. XI (492):

qualis ubi abruptis fugit praesepia vinclis.

|| Feminino Plautus in Curculione (228):

quin réciperet se huc éssum ad praesepím suam.

idem (Rud. 1038):

ád meum erum arbitrúm vocat me hic íntra praesepís meas.

Varro de Re Rustica lib. I (13, 6): 'contra hic laudabatur ab illis, si habebat culinam rusticam bonam, praesepim latam, cellam vinariam'.

PANIS consuetudine masculino genere appellatur. || Neutro Plautus in Curculione (367):

haéc sunt ventris stábilimenta, páne et assa búbula.

PINGVE est, pro pinguis est, neutrum pro alio genere positum. Novius Tripertita (91):

.. si autem píngue est, male cubándum est, putent pántices.

PERDIX et masculino genere dici potest. Varro in Admirandis (11): 'perdicas Boeotios'.

PANNVS usu generis masculini. || Neutro Novius Tabellaria (86):

quí habet uxorém sine dote, pánnum positum in púrpura est.

PVRPVRISSVM genere neutro Afranius Omine (231):

cedo púrpurissum.

---

**1** quotiens (quod diis) *codd. Pl.*: quod || **5** huc cessum || **7** intra intra p. *L*: intra in p. $B^A$ *ut vid.* || praesepias || **8—9** quae nunc sunt pleraque contra. illic laudabatur villa *Varr.* || **9** si] is (ir $L^1$) || bonam] vinam || praesepiis laxas *cod. Varr.* || **12** ventri *codd. Pl.* || **15** pinguest *Novius* (*i. e.* -is est) || c. obesi pu. *Leo anal. Plaut. II, p. 10* || panticas (pont. *G*): *corr. Iun.* || **17** veotios || **18** *post h. v. stat v. 24* (Palpebrum — vult).

|| Feminino Novius Sannionibus (83):
ínlino cretám, cerussam, púrpurissam.

PALPEBRVM genere neutro consuetudo dici vult. || Palpebrae feminino Lucretius lib. IV (952):
brachia palpebraeque cadunt poplitesque cubanti.

Varro Papia Papae, περὶ ἐγκωμίων (370):
quos cálliblepharo náturali pálpebrae
tinctaé vallatos móbili septó tenent.

M. Tullius de Deorum Natura lib. II (143): 'munitaeque sunt palpebrae [quae] tamquam vallo pilorum'.

PERMITIES generis feminini. Lucilius Satyrarum lib. II (19):
pestem permitiemque catax quam et Maniu' nobis. ||

|| Neutri. Accius Melanippo (434):
parátus sum, ubi vis, pétere pestem pérmitî.

PALVMBES feminino Vergilius in Bucolicis (I, 57):
nec tamen interea raucae, tua cura, palumbes.

|| Masculino Lucilius lib. XIV (14):
macrosque palumbes.

Plautus Bacchidibus (50):
quia enim intéllego:
dúae unum expetitís palumbem.

Pomponius Divite (41):
. . quó palúmbém unum éx óre tóllít.

---

22 neuius: *corr. Me.* || 23 cretam $F^3 B^A$: -to *L* || purpurissum: (*corr.* $G^1$) || 24 (Palpebrum — vult) *stat post v. 17*: *huc transposui* || 26 cavanti || 28 calliblefaron (*seq.* n): *corr. Iun.* || 29 cinctae *Scal.* || vallato (*corr. cod. N. Fabri*) mobilis septos: *corr. Passerat.* || 31 quae (*cf. v. 26*) *om. codd. Cic.* || 32—33 *cf. 25. 13* (*s. v.* catax) || 33 Manlius *codd. utrobique*: *corr. Mu.* || novis $F^3$: novus *L*: novius $B^A$ || 2 partem *Mu.* || permiti *Ribb.*: permities || 3 Palumbi: *corr. ed. princ.* || 8 qui enim || 11 unum *secl. Mu.*

219 M.

PIGROR generis masculini. Lucilius Satyrarum lib. X (1):

languor obpressitque pigror torporque quietis.

PIGRET. Ennius lib. XVI (432):

post aetate pigret subferre laborem.

Accius Clytaemestra (30):

ómnes gaudent fácere recte, mále pigrent.

|| Feminini pigritia.

PALI genere masculino. || Neutro Varro Flaxtabulis, περὶ ἐπαρχιῶν (179): 'quid? tu non vides in vineis quod tria pala habeant tripalles dici?'

PERICVLVM generis neutri. Terentius in Andria (566):

at istúc periclum in fília fierí grave est.

|| Periclitatio feminini. M. Tullius de Deorum Natura lib. II (161): 'sicut ex quibusdam stirpibus et herbis, quarum utilitatis longinqui temporis usu et periclitatione percepimus'.

PARATVS generis masculini. || Paratio feminini. Afranius Privigno (268):

siléntio opus est; núlla inest parátio.

PENVS generis feminini. Lucilius (inc. 89):

magna penus parvo spatio consumpta peribit.

|| Masculini. Pomponius Dogali (41a):

únum penem, quei ómnem ceterum álium praeberém penum.

---

**13** obressitque (quae): obrepsitque *Iun.* (*idem error 229. 4*) || obr. pigr. lang. *Mu.* || vietus *Mu.* || **15** potestate *L* || **17** mali: *corr. ed. princ.* || boni omn. g. f. r. se, mali p. *On.* || **18** Fem. pigr. *post v. 13 collocat Quich.*: Fem. [pigr.] * * * *Mu.* (*sed cf. praef. p. XVI*) || **19** feminino: (*corr.* $F^2$) || neutri *L* || **23** adstuc (ats.) || **24—26** *cf. 364. 11* || **25** sucut $L^1$ || stirpibus $F^3 H^3$: surpibus *L*: sirpibus $B^A$ || **29** n. enim est *Ribb.*: n. mi(hi) est *ed. princ.* || **31** pervo $B^A$ (*corr.* $H^2$): per vos *L* || **32** Dotata *Palmerius*: Dotali *Both.* || **33** u. penum quae (penemque *H*): *corr. Mu.*: vinum (*Iun.*) panemque *Bue.* || aliam: *corr. Palmerius* || praeberem $F^3$ ($F^2$?) $L^1 B^A$: (praebere in $L^3$).

Novius Dotata (16):

meum in penúm conponam sátius est.

|| Neutri etiam lectum est aput plurimos, quorum || auctoritas non probatur.

POLYPVS, generis feminini. Lucilius lib. XXIX (114):

paulisper † cui medemtia medem † haec se ut polypus ipsa.

PAVPERTAS generis feminini. || Neutri. Caecilius Plocio (184):

ibo ád forum et paupérii tutelám geram.

PAPAVER neutri. Vergilius (Aen. IV, 486):

spargens umida mella soporiferumque papaver.

|| Masculini. Varro Admirandis (10): 'infriassene papaverem?' — Plautus (Trin. 410):

an, sí formicis óbicias papáverem?

PILLEVS generis masculini. Plautus Captivis (fr. I):

pílleum,
quém habuit, derípuit eumque ad caélum tollit . . .

|| Neutri. Plautus Cornic. (58):

em, te óbsecro,
Lýde, pilleúm meum, mi sodális, mea salúbritas.

PROSECTA, exta quae aris dantur ex fibris pecudum dissecta, sunt generis neutri. Aemilius Macer in Ornithogonia (3):

Vulcani tosta vapore
cum virgis prosecta ferunt.

---

**34** Dot. *Palmerius*: dofacta || **35** meum in *Ald.*: meam $L^1$: mea im $B^A$ (= $G^2$) || **1** neutro (?) *Mu.* || **2** masculini, fem. *Quich.* || **3** p. comedens iam edet h. se *Scal.*: p. comedent iam eadem h. se *Lachm.*: p. comedent iam h. sese *Mu.* || ut *fort. secludend.* || **7—8** *cf. 404. 34* || **9** Adm. *Iun.*: adnoprandis $B^A$: noprandis *L* || infriasse *cod. Charis. p. 83. 29*: infriassere *On.* || **10** quam si *codd. Pl.*: ac si *On.* || **11** Capt. *suspectum (sed cf. 'Non. Marc.' p. 106)* || **13** dirripuit (dirip.) || sustulit *Both.* || **14—15** cornicemte $B^A$: cornicente $L^1$ || **16** (nide *G*) || **18** Aem. *Voss.*: licinius.

|| Feminino Lucilius lib. XIV (12):

cenam, inquit, nullam neque divo proseciam ullam.

Varro Rerum Divinarum lib. XI: 'prosiciem extorum vel in mensam porricere'.

PEDIS, quem nos pediculum dicimus, generis masculini est. Novius (107):

est pédis unus íngens in nasó . .

|| Feminino Plautus Vidularia (110):

ubi quámque pedem víderat, subfúrabatur ómnis.

PLVVIA, ut saepe, generis feminini. Vergilius Georg. lib. I (388):

tunc cornix plena pluviam vocat inproba voce.

|| Masculini. Laberius Late Loquente (59):

quí pedem ex tabérna tulimus, tántus cum instarét pluor. ||

PISTILLVS masculino Novius Minta Medica (58):

"lacrimaé cadent." —
"calét pistillus."

idem Fullonibus (28):

testas, pátinas, pistillós mihi
cantánt.

|| Neutro Munatius: 'pistillum grande est'.

PROPAGO, PROPAGES, ut saepe, generis est feminini. Pacuvius Antiopa (20):

salvéte, gemini, méa propages sánguinis.

---

22 inquin n. *L* || prosecam $L^1$: prosectam $B^A$: *corr. Mu.* || 23 Rerum *ed. princ.*: ertipr (*linea suprascr.*) || 24 porrigere || 27 est *om.* $L^1$ || 29 videbat: *corr. Fleckeisen.* (*Phil. Jahrb. 1861, p. 575*) || supf. (suff.) $F^3B^A$: subp. $L^1$ || 31 (tum *F*) || pluvia: (*corr. F*) || 33 staret: *corr. M. Haupt.* || 1 *sqq.* Past. *Mu. post Me.* || minia || 2 calent *Mu.* || 3 cadet pastillus *cod. Cuiacii* || 5 testis: *corr. Both.* || pestinas *L* || 6 (cantent *F*) || 7 munatius $F^3L^1$: oratius $B^A$ || 9—10 *cf. 64. 31.*

|| Neutri. Ennius (Ann. 587):

nobis unde forent fructus vitaeque propagmen?

PATIBVLVM genere neutro. || Masculino Licinus Rerum Romanarum lib. XXI (3): ‘deligat ad patibulos. deligantur et circumferuntur, cruci defiguntur’. — Plautus Carbonaria (50):

pátibulum ferát per urbem, deínde adfigatúr cruci.

## INCIPIT PER R LITTERAM.

RICTVS generis est masculini. Titinius (172):

cave;
expórge frontem; hábeat semper fácito rictús; rídeat.

|| Neutri. Lucretius lib. V (1064):

mollia ricta tremunt, duros nudantia dentes.

M. Tullius de signis (Verr. II, IV, 94): ‘ut rictum mentumque eius paulo sit adtritius’.

ROGVS masculini generis. Vergilius Aeneidos lib. IV (676):

hoc rogus iste mihi, hoc ignes araeque parabant?

|| Neutri. Afranius Epistula (114):

púlchre hoc incendí rogum:
ardét; tenetur; hóc sepulchro sépeliet.

---

11—12 *cf. 64. 33* || bonis unde $B^A$: boni secunde *L*: novis u. *codd. 64*: *corr. Iun.* || utaeque *codd. h. l.* || propagimen *L*: propagmen $B^A$ (= *G*): propaginem *codd. 64* || 13 licinius || 14 deligata *L*: *del. Lips. Op. III, 1195* || ad patibulos * * * ad patibulos *On.* || 16 adfigat: *corr. v. d. in ed. Basil.* || 18—20 *cf. 455. 39* || 19 calve, exp. *Quich.* || 20 excorde *codd. 455* || habeat *codd. 455*: labea *Ribb.* || facto *codd. utrobique*: *corr. Iun.* || 20—21 rictus rideat (Rid. *L, nov. lemm.*) neutri $F^3$ *L*: rictus Ricta (*nov. lemm.*) neutri $B^A$ || 22 premunt *codd. Lucr.*: fremunt *docti* || nudantia $F^3$: nudantes *L* $B^A$ || 29 sepulcrum *Ribb.* || sepeliet *L*: saepe (se.) licet $B^A$.

RVDENS generis est masculini. Vergilius Aeneidos lib. III (267):

excussosque iubet laxare rudentis.

|| Feminino Plautus in Rudente (938):

dum hanc rudentem conplico.

RETICVLVM genere masculino M. Tullius in Verrinarum Siciliensi (II, v, 27): 'reticulumque ad naris admovebat, tenuissimo lino, plenum rosae'. — Fenestella Annal. (2): '† fascem pectoralis reticulus'. || Neutro || Claudius I (32): 'prius hisce auctoribus indere reticula galearia.'

RAMENTVM generis neutri, ut saepe. || Feminini. Plautus (Bacch. 513):

raménta fiam plúmbea propénsior.

RASTROS genere masculino dicimus, ut apud Vergilium et Terentium. || Neutro apud Cornelium Celsum: 'omnes rastra et adtollunt et adigunt'.

RAPTVS generis masculini. || Feminini. Terentius [in] Adelphis (355):

dispérii! Ctesiphóntem audivi fílium
una ádfuisse in ráptione cum Aéschino.

REDITVS generis masculini. Vergilius Aen. lib. XI (54):

hi nostri reditus expectatique triumphi?

|| Feminini. M. Tullius Philippicarum lib. I (1): 'exponam vobis breviter consilium profectionis et regressionis meae.'

---

**31** excissosque *L* || **34** Reticulus *Mu.* || **34—36** *cf. 141. 15; 350. 13; 411. 27* || **36** plenum $F^3 H^3$: pleno $L B^A$ || annalium: Ann. * * * *Mu.*: *fort.* Annali octavo (VIII°) (*ut v. 1* Claudius primo *in codd.*) || **1** fascea (?) *Mu.*: -ceam *Quich.* || **2** (p. h. actoribus $H^2$): privisque ductoribus *Lips.* || indere *Hertz.*: inde (*seq.* re): indidere *Mu.* || **3** Ramenta $F^3$ || at $L^1$ || **4** fiat *Pl.* || plumea *codd. Pl.* || **8** ad adel. $L^1$ || **9** disperrecte sifontem || **9—10** fil. una] filumina || **11—12** IIII nos. *L*: III nos. $B^A$ || **12** trium *L* || **13—14** *cf. 299. 8. post v. 16 collocat et secl. Mu.*

— Varro Rerum Humanarum lib. XX: 'omnis Tarquinios eiecerent, ne quam reditionis per gentilitatem spem haberent.' — idem [in] eodem: 'ad milites facit reversionem'.

## INCIPIT PER S LITTERAM.

SEXVS masculini generis esse manifestum est. || neutro Sallustius dixit Historiarum lib. II (70, 1): 'at Metellus in ulteriorem Hispaniam post annum regressus magna gloria concurrentium undique, virile et muliebre secus, per vias et tecta omnium visebatur'. — Sisenna Hist. lib. IV (80): 'tum in muro virile ac muliebre secus populi multitudine omni conlocata'.

SPECVS genere masculino Varro Rerum Divinarum lib. IV: 'ibi cum amissam capram desiderarent, animadvertissent quendam specum tenebricosum'. — Ennius Lytris (155):

ínferûm vastós specus.

|| Feminino Ennius Annalium lib. XVII (486):

concava || sub monti late specus intu' patebat.

Pacuvius Niptris (252):

inde ádvenio montem Oétam *in* scruposám specum.

---

**15** tarquilinios *L* || **16** nec quam redditionis *L* || **17** idem — rev. *secl. Mu.* || in *om.* $L^1$ || **19. 22. 24** Secus $F^3 L^1$: Specus $B^A$ (= *G*): (Sexus $H^2$) || **22** concurrentibus *codd. Macrob. III, 13. 6* || vir. et mul. $F^3 B^A$: virile cimu muliebres $L^1$: vir. ac mul. *codd. Probi, p. 21. 5* || **23** visevatur $L^1$ || **24** tum in muro $F^3 B^A$: iumina iuro *L* || **24** copuli $F^3$ || **26** cum admissam $F^3 B^A$: cumaamasam *ut vid. L* || capram $F^3 B^A$: capriam *L* || **26—27** animadvertisse *Mu.*: animadvertissentque (*seq.* que) *Iun.* || **27** tenebricos $L^1$ || Enn. Hectoris Lytris *edd.* || **1** tum cava *codd. Prisc. I, p. 260*: tum causa *cod. Fest. p. 510* || montis: monte *codd. Prisc.; Fest.* || latet: *corr.* $H^3$ || patebat $F^3 B^A$: petebat *L* (*cum* $H^2$) || **2** Pac. *Prisc.*: accius || **3** advenio m. aetam scruposam (scripsam *L*) specum: advenio in scrupulosam specum (*rell. om.*) *Prisc.* || Oet. scruposa specu *Mu.*

223 M.

STRIGILIM manifestum est esse generis feminini. || Neutri. Varro Bimarco (62): ‘κατάχρησις est enim vera, cum in candelabro pendet strigile’.

SORTES genere feminino Vergilius lib. X (501):

nescia mens hominum fati sortisque futurae.

|| Masculino Vergilius lib. III (323):

quae sortitus non pertulit ullos.

SALIS genere masculino Terentius (Eun. 399):

labóre alieno mágno partam glóriam
verbís saepe in se tránsmovet qui habét salem;
quod in té est.

Plautus in Mercatore (205):

quási in aqua indiderís salem.

|| Neutro Varro: ‘*in* conmentario veteri Fabi Pictoris legi (2): «muries fit ex sale, quod sale sordidum pistum est et *in* ollam rudem fictilem adiectum est»’, — et postea: ‘id sal virgines Vestales serra ferrea secant’.

SOCRVS et masculino genere veteres dici posse voluerunt.

Naevius Pellice (66):

desíne socru tuo, frátri patruelí meo.

SALVM neutri generis est vulgari consuetudine. || Masculini. Ennius Hecuba (162):

undantém salum.

---

4—5 feminino utri $L^1$: femini $F^2$ ($F^3$?) || 6 strigilis (*seq.* s): *corr. Guietus*: strigil *Quich.* || 9 IIII *L* || 11—14 *cf. 318. 11* || 15—16 *cf. 115. 28* || 16 in aquam *codd. Pl.* || 17 in *om.* || 18 legimus tes fit et sale: *corr. Cuiacius* || quod s. *Me.*: quo s. || ec s. sordido quom p. (*secl.* sale) *Mu.* (*cf. Fest. 158*) || pistum *Mu.*: siistum (sustum $G^1$ *ut vid.*) || 19 in *add. Cuiac.* || fictilem *Cuiac.*: facidem $F^3 B^A$: facide $L^1$ || abiectum Σ || est *del. Quich.* || 19—20 et postea *quidam Varroni dant* || 20 ferreo $B^A$ || 22 pellico: *corr. Both.* || 23 desim *Both.* || socri: *corr. Quich.* || patrueli *Guietus, Me.*: patrui || 24 Salvum $L^1$ || et $L^1$.

SIBILVM neutro, ut apud Serenum (5):

suave sibilum.

|| Masculino Vergilius in Bucolicis (V, 82):

nam neque me tantum venientis sibilus Austri.

Lucilius (inc. 90):

saxa et stridor ubi atque rudentum sibilus instat.

SAGVM generis neutri, ut plerumque. || Masculini. Ennius (Ann. 254):

tergus igitur sagu' pinguis opertat.

Varro Virgula Divina (569):

cúm neque aptam móllis umeris fíbulam sagús ferret.

SPARI, quod est genus teli, masculino genere, || ut est apud Vergilium (Aen. XI, 682):

agrestisque manus armat sparus.

|| Neutro Lucilius (inc. 109):

tum spara, tum rumicis.

SANGVIS masculino genere in consuetudine habetur. Vergilius Aeneidos lib. II (638):

vos o, quibus integer aevi
sanguis, ait.

|| Neutro Ennius Hecuba (164):

heú me miseram! intérii! pergunt lávere sanguen sánguine.

Lucretius lib. I (837):

visceribus viscus gigni sanguenque creari.

---

**28** suaves $L^1$ || **32** rud. *Ribb.*: erunt dum: furentum *vel* ruentum *Mu.* || instat *vel* infit *Lips.*: institis (*seq.* s) || **34** tergum (?) *Iun.* || ig. *del.* *On.* || **35—36** *cf. 538. 29* || **36** sagis *L* || **1** quod—teli *secl.* *Quich.* || **2—3** *cf. 555. 20* || **6** habebatur $L^1$ || **8** integrevi *L* || **10—11** *cf. 466. 27; 504. 6* (*s. v.* lavere) || hecubae heu $L^1$: hec. eheu $F^3$: hec. heu $B^A$ || **12—13** *cf. 184. 12.*

224 M.

Accius Amphitryone (82):

cum pátre parvos, patrium hóstifice
sanguíne sanguen miscére suo.

idem in Aeneadis aut Decio (3):

vim Gállicam obduc cóntra in aciem exércitum,
lué patrum hostili fúso sanguen sánguine.

Varro Cosmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου (225):

Africa terribilis contra; concurrere civis
*civi* atque Aeneae misceri sanguine sanguen.

Cicero de Finibus Bonorum et Malorum lib. V (31): ‘quotusquisque est cui, mors cum adpropinquet,

«. non fugiat tímido sanguen, átque exalbescát metu?»’
(Enn. trag. 24.)

SVBCVBONEM positum pro succuba Titinius testis est in Psaltria (91):

contempläri ancillas, quam árbitrer
illárum subcubónem esse.

SIMILE est, pro similis est; pro masculino positum neutrum. Titinius Fullonibus (34):

formícae pol persímile est rusticús homo.

Naevius Gymnastico (60):

pol haút parasitorum áliorum simile ést . .

---

**15** patri' *Mu.* || patrium *Both.*: patrum: parat *Voss.* || **16** hiscere: *corr. Passerat.* || suum *Voss.* || **18** acie: *corr. ed. princ.* || **19** lue *Bue.*: ve (vae $L^{1}$) || patrium *Both.* || fusum *Ald.* || **21—22** civis civi *N. Faber*: ibis (*idem error 274. 27* ibi *pro* civi; *321. 7* ibis *pro* civis) || **22** aenea: (*corr. F*) || **24** cui] cum *L* || **25** non refugiat *codd. Cic.* || **26** Subcuboneum (-neam $H^{3}$): *corr. Me.* || **29** subcuboneam: *corr. Me.* || **32. 34** -lest (*i. e.* -lis est) *Tit., Naev.* || **32** homo *del. Ribb., Havet.* (*cf. ad v. 34*) || **34** aut: haud *Bentin.* || est homo *Ribb., Havet.* (*cf. ad v. 32*).

Novius in Militibus Pometinensibus (62):

tú pueri pausílli simile es, quía enim ad os fers quícquid nanctu's.

SCHEMA feminino genere dici veterum usurpat auctoritas. Plautus Amphitryone (117):

quod ego húc processi síc cum servilí schema.

Pomponius Prostibulo (150):

sí valebit, plús in buccam baétet siticinís || schema.

|| Neutro Naevius Lycurgo (31):

pérgite,
thýrsigeraé Bacchaé modo, Bácchicó cum schémate.

Lucilius lib. XXIX (85):

in gýmnasio ut schema ántiquo spectátores retinéres.

SCROBES feminino genere. || Masculino Plautus Amphitryone (fr. VI):

. . ibi scrobés fodito séxagenos ín dies.

idem Aulularia (fr. III):

. . . ego ecfodiebam ín die denós scrobes.

Varro Rusticarum Rerum lib. I (cf. 37, 4) scrobiculum dicit. — Idem Manio (255): 'quod dum administrant, in scrobe fodiundo inveniunt arcam'.

---

**36** s. est: *corr. ed. princ.*: simile's (*i. e.* -lis es) *Novius* || n. est: n. es *ed. princ.* || **39** praecessi *L* || **1** puls *Palmerius ap. Grut. IV, 777* || vetet: *corr. Palmerius* || siticinis *On.*: sidicin || **4** brehcae: *corr. Bentin.* || Bacchiaco *Bergk.* || t. B. Bacchico c. s. *Ribb.* (*iamb.*): t. B. commodo c. s. *Mu.* (*iamb.*) || **6** gemnasio (-eo $L^1$) || schemate *Dousa* || antiquum *Gulielm.* || est peccatores *L*: et spectatores $B^A$ (*ambo pro* esp.) || detinet *On.* (*troch.*): tetinerit *Quich.* || **8** ecfodito plus s. *codd. Prisc. I, 168 et 321* (e. tu plus *Hertz.*) || in die *cod. Gemblac. schol. Lucan. p. 283*: in dies *etiam codd. Prisc.* || **10** *fort.* egón || **11** *hausta haec* ad alia in praeparando faciendi scrobes (I, 37. 4), idem *credit Mu.* || **12—13** quoddam adm. *L.*

SYNGRAPHAS feminino genere M. Tullio auctore dicimus (pro Neg. Ach. 1): 'pro negotiatoribus Achaeis syngraphas qua nostra voluntate conscripsimus!' || Masculino Plautus Asinaria (746):

agedum, ístum ostende, quém conscripsti, sýngraphum.

SILEX omnium consensu feminino genere appellatur. Vergilius in Bucolicis (I, 15):

a, silice in nuda.

|| Masculino Lucretius lib. I (571):

unde queant validi silices ferrumque creari.

idem lib. V (313):

non ruere avulsos silices a montibus altis?

SPICAE generis sunt feminini. Varro Sexagesi (503):

síc canis fit é catello, síc e triticó spica.

M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. IV (37): 'non enim, quod facit in frugibus, ut, cum ad spicam perduxerit'. || Neutri. M. Tullius de Senectute (51): 'culmoque erecta geniculato vaginis iam quasi pubescens includitur. ex quibus cum *emersit,* fundit fruges spici ordine structas'. — Varro Lege Maenia (241): 'neque in bona segete nullum est spicum nequam neque in mala non aliquod bonum'.

SQVALOR masculini est generis. || Feminini. Accius Eurysace (339):

pro dí inmortales! spéciem humanam || invísita,
tam egrégiam, indignam cláde et squalitúdine.

---

15 (prae *F*): praebe *Mu.* || pro Neg. Ach. (*tit. orationis*) *Madv. Adv. I, p. 155* || 16 quas *ed. princ.*: *fort.* quanta || 18 gen. app. $F^3$: app. gen. $L B^A$ || 26—27 spicam tull. $L^1$ || 28 ut cum] victum || 29 Neutri *Quich.*: masculini || 30 camoque $L$ || 31 et $L$: e $B^A$ || emersit *om.* || 31—32 frugem — structam *codd. Cic.* || 32 Neutri Varro (?) *Mu.* || 33 bona segete $F^3$: bonam segetem $L B^A$ || 1—2 inv. tam *Mu. post Both.*: inusitatam $B^A$: -tem $L^1$: invisi ita *On.* || 2 indigna *On.* || cl. *edd.*: ciade: scabie *Mu.* || et squaliisdine: *corr. ed. princ.*

idem Telepho (617):

nam étsi opertus squálitate est lúctuque horrificábili.

Varro Manio (254): 'ager derelinqueretur ac periret «squalé scabreque inlúvie et vastitúdine»'. (cf. Pacuv. 314.)

*Lucilius lib. XXVI* (36):

squálitate súmma, scabie súmma in aerumna óbrutam.

SVASIONES *generis feminini.* * * *

*SERVITVS* generis feminini. || Neutri. Accius Clytaemestra (37):

scíbam hanc mihi suprémam lucem et sérvitî finém dari.

SCVTVM generis neutri. || Masculini. Turpilius Demiurgo (40):

quia nón minus res hóminem quam scutús tegit.

SEPLASIVM generis neutri. Varro *'Ανθρωποπόλει, περὶ γενεθλιακῆς* (38):

dotís dato insulám Chrysam, agrum Caécubum, seplásia Capuaé, macellum Rómuli.

|| Seplasia Feminini. Varro Synephebo, *περὶ ἐμμονῆς* (511):

hic nárium seplásiae, hic hédycrum Neápolis.

Pomponius Quinquatrubus (160):

venit, ínquit, nos rogátum, quando nóstrae essent Seplásiae.

---

4 horrificali: *corr. ed. princ.* || 5—6 *cf. 125. 32* (*s. v.* inluvies); *168. 15* (*s. v.* scabre); *185. 14* (*s. v.* vastescant) || 6 squales $F^3$ || 7—8 *fort. secludend. cf. 126. 3; 401. 36* (*s. v.* summum) || 7 Luc. lib. XXVI: *om. codd. h. l.* || 8 ac sc. *codd. 126* || obruta *codd. h. l.* || 9 Suasiones $F^3$: Suasione *L* $B^A$: -nem *Mu.* || 11 (ibam $L^2$) || servitii *Voss.*: servitiis $L^1$: servitutis $B^A$ || 13 secutus $L^1$ || 16 doti *Ald.* || insolam chriam (chrisam $G^1$) agr. accubum: *corr. Ald.* || 19 bedycus: *corr. Forcellinus post Passerat.*: hedycrumst (?) *Mu.*: *ἡδύπνους Oehler.* || meapolis || 21 inquit *del. Both.* || rog. nos: *corr. Both.* || seplesiae: (*corr. E*).

226. 227 M.

STVPOR generis masculini. || Stupiditatem Accius Erigona (287):

ita ínperitus stúpiditate erúmpit se, inpos cónsili.

STATVRA generis feminini. Lucilius lib. XXVIII (52):

quare pro facie, pro statura Acciu' 'status'?

|| Masculini. M. Tullius de Officiis lib. I (126): 'in corporis denique motu et statu cernitur'.

STIRPEM generis feminini. Vergilius Aeneidos lib. VII dixit (293):

heu stirpem invisam et fatis contraria nostris
fata Phrygum!

|| Masculino Ennius Annalium lib. V (VI, 180):

nomine Pyrrus, uti memorant, a stirpe supremo.

Pacuvius Atalanta (50):

dúbito quam insistám viam
aut quód primordiúm || capissam ad stírpem exquirendúm . .

Vergilius Aeneidos lib. XII (781):

namque diu luctans lentoque in stirpe moratus.

SATIO generis feminini. Vergilius Georg. lib. I (215):

vere fabis satio.

|| Masculini. M. Tullius de Senectute (52): 'quid ego vitium ortus, satus, incrementa conmemorem?'

## INCIPIT PER T LITTERAM.

TACTVS generis masculini, ut saepe. || Feminini. Cicero Tusculanarum lib. IV (20): 'qualis haec aurium, tales sunt oculorum et tactionum et odorationum et saporum'.

---

**23** aepigona: *corr. Me. in Indice*: Epigonis *Both.* || **24** consilit $L^1$ || **26** *a* status *nov. lemm.* || **28** metu *L* || **29—31** *cf. 303. 32; 455. 28* || **29** VIII $B^A$ || **33** nomine *cod. Festi p. 454*: homines: numinis *Mu.* || **1** a st.: (*corr.* $F^2$) || exquirentem: *corr. ed. princ.* || **5** vere] bene *L* || **7** ingremeta gonm. *L* || **11** sunt toculorum $L^1$: sunt et oc. $B^A$ || actionum *L* || sarorum *L*.

TALE positum pro talis. Titinius Setina (106):

accéde ad sponsum audácter. vergo núlla tale est Sétiae.

TONITRVS positum pro tonitru. Plautus Amphitryone (1062):

strepitús, crepitus, sonitús, tonitrus.

TERGVM neutro genere dici et consuetudo et veterum firmat auctoritas. Plautus Pseudulo (154):

numquam édepol vestrum dúrius tergum érit quam hoc
terginúm meum.

|| Masculino Plautus in Asinaria (319):

hábeo, opinor, fámiliarem térgum, ne quaerám foris.

TEXTVS masculini est generis. || Neutri. Lucretius lib. V (94):

tris species tam dissimilis, tria talia texta.

idem lib. VI (990):

propter dissimilem naturam textaque rerum.

Accius Nyctegresia (484):

ascendit óras, laterum téxta Vulcaní vorax.

TERRICVLAE generis feminini. || Neutri. Accius Epinausimache (324):

ubi núnc terricula túa sunt?

idem Telepho (623):

proínde istaec tu aufér terricula atque ánimum iratum
cónprime.

---

13 audaciter || ulla *Duebner*. || talest Set. *Mu.*: est talis etiae (etiam est?) || 15 crep.] screpitus || 16 et vetveterum *L* || 18 durum || 22 dissimiliis $L^1$ || 24 dissimilam $L^1$ || 25—26 nyctegresias scendit *L*: nyctegresi ascendit $B^A$ || 26 scindit *Σ* || hora: *corr. Ribb.*: aura *Palmerius*: flora *Scal.* || 28 terriculata sunt: *corr. ed. princ.*: t. tanta sunt *Ribb.*: t. ista sunt *On.* || 30 tu (*seq.* a) *Mu.*: tua.

227. 228 M.

TORQVEM generis masculini. Lucilius Satyrarum lib. XI (1): ‖ I

conventus pulcher. bracae, saga fulgere; torques
† datis magni.

M. Tullius de Officiis lib. III (112): 'atque hic Titus Manlius is est, qui ad Anienem Galli, quem ab eo provocatus occiderat, torque detracto cognomen invenit'. ‖ Feminini. Varro Ἔχω σε, περὶ τύχης (170):

téla déxtrá vibránt, rússa trína émicánt,
atque ínsignitus Mártis torques aúreae.
scúta caéláta Hibéro árgéntó graví
crébra fúlgént.

Claudius Quadrigarius, describens Manli Torquati pugnam (10b): 'ubi eum evertit, caput praecidit, torquem detraxit eamque sanguinulentam sibi in collum inponit'. — Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'auri pondo duo milia acceperunt ex aedibus sacris et matronarum ornamentis; a quibus postea id aurum et torques aureae multae relatae Romam atque consecratae'.

TIMOR generis masculini. ‖ Feminini. Pacuvius Periboea (292):

ecfáre, quae cor túum timiditas térritet?

M. Tullius de Re Publica lib. II (68): 'esse autem angores, si miseria adflictus aut abiectus timiditate et

---

**31—2** *cf. 506. 23* (*s. v.* fulgĕre) ‖ **1** braces (-ch-) *codd. h. l.* ‖ torquem *codd. h. l.* ‖ **2** datis *om. codd. 506*: induti *Mu.*: *fort.* paedatis (*cf. Mart. I, 92. 8*) ‖ **3** anienum ‖ **6** russatia emi.: *corr. Roeper.*: russae pinnae micant (?) *Mu.* ‖ **7** insignibus: *corr. Ries.* ‖ torques $F^3 B^A$: torqueas *L* ‖ aureae $B^A$: aurea* $L^1$ (aureas et $L^2$) ‖ átque in ínsígnibús Márti' tórquae aúreaé *Bue.*: státque insígnítu' dúx Márti' tórque aúreá *Ries.*: atque—aureast *Mu.* ‖ **8** sc. c. Hiberon a. g. *Bue.*: sc. c. Hibero ex a. g. *Ries.*: sc. c. H. a. auro et g. *On.* ‖ **11** eum *codd. Gell. IX, 13. 18*: eam ‖ praecidi *L* ‖ **13** II *Popma* ‖ **14** acceperint: *corr. Bentin.* ‖ et *om.* $B^A$ ‖ **15** orn. * * * *Mu.* ‖ **17** et fare tum $L^1$ ‖ **18—19** e. a. angore esse m. adflictas *C. F. Mueller.* ‖ **19** si sis mis. *Mu.* ‖ adfictas (aff.) aut abiectas: *corr. Gerlach.*

ignavia'. — idem de Oratore lib. II (10): 'pudore a dicendo et timiditate ingenua quadam refugisti'. — [in] eodem (300): 'neque illa mihi cautio et timiditas in causis propter praestantem prudentiam Crassi neclegenda est'.

TRACTVS generis masculini. || *Neutri.* Varro Mutuum Muli Scabunt, περὶ ψωρισμοῦ (325): 'ut venalem tuniculam poneret cottidie, ut vieret torum; denique etiam suis manibus lanea tracta ministrasset infectori'.

TRIBVLAE feminino Vergilius Georg. lib. I (164):

triblaeque traheaeque et iniquo pondere rastri.

|| Neutro Varro Rerum Rusticarum lib. I (52, 1): 'quod fit aput alios iumentis, hic tribulo fit'. ||

TORPOR generis masculini. Lucretius (Lucilius III, 40):

tantus conduxerat omnia torpor.

|| Torpedo feminini. Sallustius Historiarum lib. I (77, 19): 'haec si placent, si tanta torpedo animos obpressit'.

TAPETE generis neutri. Turpilius (217) et Caecilius (285): 'glabrum tapete'. || Masculini. Vergilius (Aen. IX, 358):

pulchrosque tapetas.

TRIBVTVM neutro. || Masculino Cato Originum libris (125): 'ne praedia in lubricum derigerentur, cum tributus exigeretur'.

---

20—21 addicendo *L* || 21—22 *cf. 491. 31* || 21 in *om.* $L^1$ || 22 idem eodem *Mu.* || in cauti *codd. h. l.* || crastinate legenda est *codd. h. l.* || 23 neutri *add. ed. princ.* || 25 ut videret totum: *corr. Scal. ad Tibull. p. 121*: ut ordiret togam *On.* || 26 lanea $F^3 B^A$: lenea *L* || ministraret *Quich.* || infectori $F^3$: intectori *L*: inpectori $B^A$ || 27 femino *L* || fem. Neutro Verg. *Quich.* (*cf. ad v. 29*) || 28 tribulaeque $F^3 B^A$: sublimaequae $L^1$ || trahequae *L* || pastri *L* || 29 Neutro *del. Quich.* (*cf. ad v. 27*) || 30 aput *om. L* || 1 Lucilius *Roth.* || 2 concusserat *ed. princ.* || 4 obprepsit $F^3$: obressit $L^1$: obpressit (oppr.) $B^A$: (obrepsit $L^2$) (*idem error 219. 13*) || 5 et Caec. *secl. Mu.* || 6 (glab. tap.) *cf. 542. 15* || 8 neutri *Mu.* || 9 in ludibrium diriberentur *Mu.*

TESTA genere feminino saepe invenitur. || Neutro aput obscurae auctoritatis, sed summos scriptores legimus (? Mummius Atellan. 1).

TVRDI masculini sunt generis, ut plerumque lectum est. || Feminini. Varro Quinquatrubus (447): 'tu, Pleni, contra turdas audes dicere, cum in eborato lecto ac purpureo peristromate cubare videas aegrotum et eius prius alvum quam typhon subducere malis?'

TARDITAS, generis feminini. || Masculino Varro Bimarco (57):

ne me pedatus versuum tardor
refrenet, arte † cumpritymon certum.

TIBIA generis feminini. || Masculini. Varro Modio (309):

quaré meas lubídines ac tíbias bilínguos.

TARTARA neutro genere. Vergilius lib. VI (542):

at laeva malorum
exercet poenas et ad impia Tartara mittit.

|| Masculino Vergilius lib. VI (577):

tum Tartarus ipse
bis patet in praeceps tantum.

---

**11** script.] *de Gell. Noct. Att. VIII cogitat Hertz. Opusc. Gell. p. 125* || **13** pleni $F^3$: pledi $L B^A$ || **13—14** Varro * * * TYPHOS masculini. Feminini. Varro Quinq., tu *κλινικόν* te audes *On.* (*Journ. Phil. XVI, 181*) || **14** contra $B^A$: conta *L* || turdas audes *Oehler.*: caudes audes || *fort.* tu *σπληνικόν* turdas audes || cum in $F^3$: cum i $L B^A$ || **14—15** purpure operis toro $F^3 B^A$: purpure operisto *L* || **15** album || typen (*quod tuetur On.*): *corr. Ley. de Menippo cynico p. 14* || **16** Traditus $L^1$ || **17** p. iste v. t. *Ries.*: p. v. nimis t. *Vahlen.* || **17—18** *fort.* ne me | pedátu' versuúm tardor | refrénet, arte cúm rythmo | certo (*cf. Class. Rev. XVI, 52*) || **18** neprenettarte (-prae-): *corr. Popma* || a. compari rhythmon c. *Vahlen.*: a. comprimo r. sertum *Ries.*: a. cum paro r. s. *Mu.*: a. comparo r. rectum *Crusius* (*Philol. LIII, 225*) || **20** queri *On.*: quaero *Iun.* || ad *Iun.* || tibios *Roeper.* || **22** ac *L* || **25** tartaris *L*.

## INCIPIT PER V LITTERAM.

VTERVS masculino genere dicitur. || Neutro Plautus Aulularia (691):

perií, mea nutrix! óbsecro! uterúm dolet!

Turpilius Philopatro (179):

dispérii misera! || úterum cruciatúr mihi!

Afranius in Vopisco (345):

consédit uterum, nón ut omninó tamen.

VENATVS masculini est generis. Vergilius lib. IX (245):

venatu assiduo et totum cognovimus amnem.

et Georgicon (Aen. VIII, 318):

sed rami atque asper victu venatus alebat.

|| Venatura feminini. Plautus in Milite Glorioso (990):

víden tu illam oculis vénaturam fácere atque aucupium aúribus?

VVLTVS masculino genere appellatur. Vergilius lib. V (848):

mene salis placidi vultum fluctusque quietos?

|| Neutro Lucretius lib. IV (1212):

ut patribus patrio; sed quos utriusque figurae
esse vides iuxtim, miscentes vulta parentum.

Ennius (Ann. 583):

aversabantur semper vos vostraque vulta.

VVLGVS neutro genere solum dici putant. Lucilius Satyrarum lib. XIV (5):

dilectum video studiose vulgus habere.

---

28 Uteros $L^1$ || 29 obs. te u. *codd. Pl.* || 1 diisperi || ut ute. *Grautoff.* || 3 cons. *Bue. de declin. lat. p. 12*: sedit (*praec.* co) || 4—5 *cf. 275. 30* || 7 vixtu *L* || 11 plaucidi *L* || 13 patrio] patri || 16 adversabantur: avorsabuntur *Scal.* || vos *ed. princ.*: vivos.

|| Masculino Sisenna Historiarum lib. III (48): 'inperitum concitat vulgum'. — Vergilius Aeneidos lib. II (98):

tunc spargere voces
in vulgum ambiguas.

Accius in Eurysace (347):

† diffidamantem necidere †
turbat vulgum, evitat, moeros disicit.

idem Epigonis (288):

et nónne Argivos frémere bellum et vélle vim vulgúm videt?

Varro in Cycno, περὶ ταφῆς (81): 'quare Heraclides Ponticos plus sapit, qui praecepit ut conburerent, quam Democritus, qui, ut in melle servarent. quem si vulgus secutus esset, peream si centum denariis calicem mulsi emere possimus'. — idem Ὄνος λύρας (359): 'iurgare coepit, dicens:

«quae fácis, atque in vulgúm vulgas»'.

VSVS generis masculini. Cicero de Oratore lib. I (15): 'adiungeretur usus frequens, qui omnium magistrorum || praecepta superaret'. || Feminino Plautus in Amphitryone (108):

usúramque eius córporis cepít sibi.

Accius in Oenomao (507):

atque hánc postremo sólis usurám cape.

Varro [in] Ταφῇ Μενίππου (517): 'Diogenem litteras scisse, domusioni quod satis esset'.

---

21 concitat *F*³*B*ᴬ: contat *L* || 22 hinc sp. *Verg.* || 25 (a mentem *E*) || discidia amantem *Bue.* || Iphidamantem *Roth.* || neci dare *Iun.*: scindere *Ribb.* || 26 v. ambigua accius (haec *ex vv. 23—24 prave repetita*) ev.: *corr. Roth.* || 27 epigono: *corr. Me.* || 28 vi || 30 pontificos: *corr. Bentin., Me.* || conbureret (comb.): *corr. ed. princ.* || 32 si c. *F*³: sic c. *LB*ᴬ || masi *L* || 33—34 *cf. 182. 30* (*s. v.* vulgare) || 34 quae scis *codd. 182* || 35 II || 5 postremam *Bergk.* || solic *L* || 6 V. itaf. *L*¹ || 6—7 *cf. 248. 12* || 7 dumusioni *codd. utrobique.*

VECTIS generis masculini. Lucilius Satyrarum lib. IV (33):

ne agitare manu tu
pessulum et hunc vectem possis cuneis † ipso.

Vergilius (Aen. VII, 609):
centum aerei claudunt vectes.

VEPRES generis masculini. Vergilius (Aen. VIII, 645):
sparsi rorabant sanguine vepres.

|| Feminini. Pomponius Porco, per hypocorisma (130):
decedo cacatum; vepra † est veprecula.

Lucretius lib. IV (61):

nam saepe videmus
illorum spoliis vepres volitantibus auctas.

VADVM generis neutri. Vergilius Aeneidos lib. I (536):
in vada caeca tulit.

|| Masculini. Sallustius Historiarum lib. I (108): 'et mox Fufidius adveniens cum legionibus postquam tantas spiras, haud facilem pugnantibus vadum, cuncta hosti quam suis oportuniora videt'.

VESPERA feminini. * * * (Atta 23): '† optatum germanus † meas vespera oriente clanculum ferri ad speciem delino'.

---

8—12 *fort. post 19 collocand.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 65*) || 9 num *Mu.* || agitarem (*seq.* m): *corr. Gerlach.* || **10** pessulus: *corr. ed. princ.* || poscis *I. Dousa* || cun. opus *Mu.* || **14** parsi *L* || **15** porto: *corr. Both.* || per hipocons *L* || **16** decedo cacatum $F^3 B^A$ (*ex* de celo cac.): *om. L* || num quae est hic praestu veprecula *Bue.*: vipera est in veprecula *Iun.*: * * * veprecula [a vepre est veprecula] *Mu.* || **17—19** *cf. 458. 13* || **21** vade *L* || **23** vox *L* || fupidius *L* || **23—24** spiras] ripas *Maurenbrecher.* || **24** suadum (*praec.* s) *L* || op. vid. $F^3 B^A$: oportunio pavidet *L* || **25** feminino $B^A$ || Novius Dotata (*Scal.*) ter manus *Mu.*: Atta tum *etc. Me.* || *fort.* Atta Matert., mánus meas | vespéra oriente clànculum ferrârî ad speciem délino.

|| Masculini. Plautus in Amphitryone (253):

haéc illist pugnáta pugna úsque a mani ad vésperum.

Vergilius Georgicorum lib. III (336):

cum frigidus aethera vesper
temperat.

Terentius Heautontimorumeno (67):

numquám tam mane egrédior neque tam vésperi
domúm revortor.

VTRES usu generis masculini tantummodo deputantur. || Neutri. Lucilius (inc. 91):

Andronis flacci teget utria.

VIGILIAE generis feminini sunt, ut plerumque. || Neutri. Varro in Endymionibus (105): 'animum || mitto speculatum tota urbe, ut, quid facerent homines, cum experrecti sint, me faceret certiorem; siquis melius operam sumeret, ut eius consilio potius vigilium amminicularem nostrum. qui videt alium aliud curitantem extremo a noctis tempori'.

VICTVS, pro vita positum, genere masculino. M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. V (10): 'persecutus Aristoteles animantium omnium ortus, victus, figuras'.

---

**29** illis est: illic (-i) est *codd. Pl.* || **31** aethera $F^3$: aethra $B^A$: aetra $L$: aera *codd. Verg.* || **34** libro VII numquam $L$ || m. domo egr. (*cf. v. 35*) || vespert $L$ || **35** domum *om.* (*cf. v. 34*) || **36** tantummodi $L^1$ || **38** andronius: *corr. Mu.* || flacchi || leget *Scriver.* || **1** an. meum mi. *Scal.* || **2** orbe $L^1$ || facere ne homines || **3** facere cert. (cerc. $L^1$) || me mel. *Scal.* || **4** sumeret *Passerat.*: superet: insumeret *Mu.* || vigilius (*etiam* $F^3$) || amminicutarem $L$ || qui videt $F^3$: quid vidit $B^A L$ || alium aliud *On.*: alium $F^3$: aliud $L B^A$ || curvantem: *corr. On.*: *tuetur Norden*: curantem *Roth.* || extremo a *On.*: extrema || **5—7** *secl. Mu.* || **5** Vitus $L^1$ || **7** fictus $L^1$.